



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1000. Usque Ad Annum 1063


Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761


VD18 90117956

Liber LIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66323)



HISTORIA ECCLESIASTICA. *LIBER LIX.*



BENEDICTUS VIII. PAPA.

S. HENRICUS II. IMPER. OCC. BASILIUS ET
CONSTANTINUS IMP. ORIENTIS.

§. I.

Ecclesia Germanica.

Henricus Imperator invitatus ab Ari- Sæculum XI.
bone Archiepiscopo, celebrato Mo- A.C. 1023.
guntia anno millesimo vigesimo
tertio Festo Pentecostes, Concilium Na-
M 4 tionale

Sæculum XI. tionale Germaniæ convocavit, in quo
 A.C. 1023. suadentibus Episcopis obsecutus complu-
 ra errata correxit. Inter alia, Ottonem,
vit. S. God. Comitem Hamersteinensem, ad dimit-
n. 24. Sæc. 6 tendam Irmengardem, non legitimam
Ben. p. 410. uxorem, compellere volebat; & Comes
Sup. lib. quidem sive Imperatoris metu, sive Epi-
LVIII. §. scoporum admonitionibus commotus, re-
§. 51. licturum se eam pollicitus est. At mulier
 & Imperatoris & Episcoporum mandatis
 præfractæ restitit.

Huic Concilio Godehardus Neo-ele-
 ctus Episcopus Hildesheimensis interfuit,
 cum Bernwardus anno superiore millesi-
 mo vigesimo secundo, vigesima die No-
 vembris, post susceptum Episcopatum tri-
 gesimo, mortuus esset. Multa ad ejus
 sepulchrum patrata miracula; unde et-
 iam Sanctorum Catalogo insertus est.
vit. n. 48. Henricus Imperator comperta Bernuar-
eod. Sæc. 6. di morte Godehardum Abbatem Alta-
p. 229. 771. hæ (*) secreto ad se vocat, aperitque,
 se ani-

(*) Monasterii Altahensis initia in Vita S. Go-
 dehardi Episcopi referuntur in hunc modum:
 Sæc. VI. Ben. P. I. Igitur septingentesimo qua-
 dragesimo primo Incarnationis Domini anno,
 IX. *quo Karolus I. * filius Pippini primi, filii Anchisi,*
 * Carolus Martellus. *filii Arnulfi, ex hac vita demigrans filiis suis*
Carolomanno & Pippino regnum reliquit, quo
etiam sequenti anno iste Pippinus Carolum Ma-
 gnum

se animo constituisse Episcopatum Hil-Sæculum XI.
desheimensem ipsi committere. At ille A.C. 1023.
omnibus viribus negabat, id futurum, vit. S. Go-
atque etiam Episcopis ab Imperatore ad deh. n. 18.
se missis, qui persuaderent, ut volunta-
ti Principis morem gereret, repugnabat,
id solum dicens; si Episcopatu dignus vi-
deretur, expectaturum se, donec vel Ec-
clesia Ratisbonensis vel Passaviensis va-
caret, quo Popularibus suis utilis esse
posset. Nam in Diœcesi Passaviensi pri-
mo lucem aspexerat. Sed ecce, somnium
inde post octo dies ipsi oblatum, quod a
cœlo immissum credidit, ad recipiendam
Sedem Hildesheimensem dubitantem im-
pulit. Ergo in Festo S. Andreæ, Feria VI.
trigesima Novembris, anno 1022. ab Ari-
bone Archiepiscopo Moguntino, Metro-
M 5 polita

gnum genuit, initium Altahensis Monasterii a
Christi Cultoribus sapienter inceptum, & in
Religione Monachicæ institutionis feliciter est
perfectum &c. Et infra: Hac enim necessitate
(in turbis bellorum inter Ludovicum Pium &
ejus filios) Monachica ibidem norma defecit:
sub Regula tamen Canoniorum idem locus us-
que in tempora piæ memoriæ Henrici ducis
(secundi seu Sancti) quem postea Imperatorem
vidimus . . . perstitit. Et in nota inferius po-
sita: Monasterium Altahæ Inferioris in Bavaria
in Episcopatu Pataviensi, quod perstat etiam-
nunc sub Regula S. P. N. Benedicti &c.

Sæculum XI. polita suo, conlecratur. Godehardus, A.C. 1023 puerulus Monasterio Altahæ seu *Altach* olim oblatus, ab Henrico Imperatore, tunc Duce Baviaræ, Abbas esse iussus, eodem conferente plura deinde rexit monasteria. Jam ætate gravis nihil amplius nisi supremam diem in pace obire cogitabat, cum eum Imperator Episcopai munere oneravit, & nihilominus quindecim integris annis, nempe usque ad annum 1038. & diem quartam Maji, qua defunctus est, Episcopus fuit. Ceterum ante & post obitum miraculis fulgens, Sæculo sequenti, Sanctorum numero adscriptus est.

Illo anno millesimo vigesimo tertio, vigesima secunda Octobris, in Domino obdormivit Gero Archiepiscopus Magdeburgensis, qui Ecclesiam suam beneficiis cumulaverat. Eodem quoque anno obiit Arnulphus, Episcopus Halberstadiensis, & ipse de Ecclesia sua præclare meritis, scientiæ & eloquentiæ fama celebris. Cum igitur Imperator in Festis Natalis Domini Bambergæ versaretur, venerunt Ecclesiarum vacantium populi, expectantes, quem Pastorem accepturi essent. Henricus, postquam cum viris sapientibus deliberasset, Archiepiscopatum Magdeburgensem Hunfrido, ex Clericis Herbipolensibus evocato, & Episcopatum Halberstadiensem Brandago Ab-
bati

Chro. Sax.

bati Fuldenſi dedit. Eodem etiam anno Sæculum XI.
S. Hartwicus Archiepiſcopus Salisbur- A.C. 1022.
genſis, anno poſt ſuſceptum Episcopatum vit. ap. Ca-
trigeſimo ſecundo, ad Cœleſtia transla- niſ. c. 2. p.
tus eſt. 315.

Quanta cura Henricus Imperator vi-
ros delegerit ad obeundum munus Epi-
ſcopale, ex eo elucet, quod quampluri-
mi Viri Sancti illo tempore Sedes Epi-
ſcopales Germaniæ impleverint. Inter
alios emicant Treviris Meingaldus &
Poppo, Colonia Heribertus & Pilegri-
mus, Moguntia Willegiſus, Archam-
baldus, & Aribio, Wormatiæ Burchar-
dus, Ultrajecti Ansfridus & Athalbaldus,
Monasterii Theodoricus & Sigefridus Os-
nabrugæ Thietmarus, Hildesheimii Ber-
nardus & Godehardus, Mindæ Siber-
tus, & Bruno, Argentorati Werinharius,
Herbipoli Gero, & Hunfridus, Bremæ
Ungan, & Paderbornæ Meinvercus.
Quamvis enim aliqui eorum Episcopali
munere fungerentur, priusquam Henri-
cus regnaret, dubitari tamen non poteſt,
quin eum in electione Episcoporum ſuis
conſiliis adjuverint.

§. II.

S. Henrici Obitus. Conradus Rex.

Henricus Imperator, variis corporis in-
firmitatibus preſſus, diu Bambergæ
moratus eſt, ubi Feſtum Nativitatis Do-
mini

Sæculum XI. mini anno millesimo vigesimo tertio ce-
A.C. 1024. lebraverat. Tum receptis utcunque vi-
 ribus itineri se dedit, Magdeburgum pe-
 titurus. Sed in via subsistere coactus
 non ante Sabbatum Sanctum illuc per-
 venit, Optimatibus & Cunegunde Im-
 peratrice comitantibus, ibique Festum
 Resurrectionis, quod illo anno millesimo
 vigesimo quarto in diem quintam Apri-
 lis incidebat, celebravit. Inde Halber-
 stadium se contulit, tumque Goslariam,
 & tandem in oppidum, vulgo *Gronden*,
 ubi morbo ingravescente iter sistere com-
 pellitur.

vit. *Henric.* Tunc vero horam supremam haud
 n. 27. ap. procul abesse sentiens, propinquis Impe-
 Sur. 14. ratricis Conjugis suæ ad se vocatis, ait:
 Jul. *Recipite talem, qualem mihi tradidistis*
Sifrid. epit. *Consanguineam vestram, Virginem dedi-*
 p. 689. *vit. S. Mein-* *stis, Virginem reddo.* Obiitque decima
 verc. 101. quarta Julii anno millesimo vigesimo
 Martyr. Ro. quarto, annos natus quinquaginta duos,
 14. Jul. postquam, Rex annos viginti duos, Im-
 perator decem in Solio fulsisset. (*) Cor-
 pus

(*) De S. Henrico canit Reisnerus in *Iconi-*
bus Saxonum. Palat. in *Henr. Aquila Saxon.*

Magna fuit Gentes bello frenasse superbas
 Gloria: sed major fama fuisse pium.

Ceterum in Eugenii III. Bulla, S. Imperatorem
 canonizantis, hæc verba leguntur ad Canonicos
 Eccle-

pus ejus Bambergam delatum in Ecclesia Sæculum XI.
Cathedrali, Sancto Petro Sacra, ut juss- A.C.1024.
rat, sepultum. Multis claruit miracu-
lis, ejusque memoriam Ecclesia in die
obitus colit.

Elapso exinde aliquot septimanarum
spatio, Proceres Regem elegerunt Con- *vit. Burch.*
radum, Moguntia ab Aribone Archiepi-
scopo octava Septembris anno millesimo
vigesimo quarto coronatum. Erat Con-
radus filius Henrici, qui genitus erat ab
Ottone, & hic a Ludolpho, Ottonis Ma-
gni filio. (*) Educatus est vero Wor-
matia sub cura Episcopi Buchardi, qui
cum videret eum a propinquis despici,
quod miti esset, innocenti, & simplici
indole, in domum suam suscepit, ut filium
aluit, & Deum timere docuit, illud in-
primis admirans, quod in iis, quæ semel
animo constituisset, esset constantissimus.
Eum

Ecclesiæ Bambergensis directæ: *Tametsi ejus-
modi petitio nisi in Generalibus Conciliis ad-
mitti non soleat, auctoritate tamen S. R. E. quæ
omnium Conciliorum firmamentum est, petitio-
nibus vestris acquiescimus, atque ejusdem me-
morabilis viri Fratrum Nostrorum
qui præsentibus aderant communicato consilio, me-
moriam inter Sanctos de cætero fieri censemus
&c. Palat. ibid.*

(*) Si certa est Genealogia a Wippone pro-
ducta. Nam alii Genealogi variant.

Sæculum XI. Eum ipsum S. Henricum Successorem
A.C. 1012. suum nominasse dicunt. Ceterum sub
 nomine Conradi Salici notissimus est, at-
 que annis quindecim imperavit.

§. III.

*Benedicti VIII. obitus. Joannes XIX.
 Papa.*

Papab. co- Benedictus VIII. Papa, eodem anno mil-
nat. Chron. lesimo vigesimo quarto, decima Ju-
Cass. II. c. lli, postquam Sacram Sedem tenuisset
57. Glab. IV. annis prope duodecim, e vita excessit,
c. I. & in Basilica S. Petri sepultus est. Suc-
 cessorem habuit Joannem fratrem suum,
 Gregorii Comitis Tusculani filium. Is,
 cum Laicus esset, largitione pecuniæ in
 Sedem Apostolicam adrepit, quam an-
 nis novem tenuit, dictus Joannes XIX.

Patriarcha Constantinopolitanus, com-
 municato cum Basilio Imperatore aliis-
 que Græcis consilio, Joannis Papæ con-
 sensum extorquere contendit, quo se
 Episcopum universalem in Ecclesia Orien-
 tali diceret, ad eum modum, quo Papa
 Episcopus universalis in tota Ecclesia ha-
 bebatur. (*) Ergo Patriarcha Nuncios
 Romam

(*) En novum & luculentum contra Prote-
 stantes argumentum! Hic enim Ecclesia Constan-
 tinopolitana non modo Communionem cum Ec-
 clesia Romana, sed etiam subjectionem profite-
 tur,

Romam mittit, onustos muneribus, quo-
rum parte Papam donarent, & cetera in
eos spargerent, quos suæ postulationi fa-
ventes invenirent. Cumque illa tempe-
state Romæ avaritia ita regnaret, ut nul-
libi terrarum magis, Romani, Græculis
faciles aures præbentes, eorum votis se-
creto velificari cogitabant. Verum hac
re per exploratores in tota Italia vulga-
ta plurimi tumultuari cœperunt. Quod
ubi etiam in Francia Episcopi compere-
runt, Guilielmus Abbas Divionensis li-
teras acres ad Pontificem, salva tamen
Ecclesiæ Capiti debita reverentia, de-
dit.

Sæculum XI.
A.C. 1024.

tur, cum nemo ab altero quam a Superiore pri-
vilegium petat. Nec etiam id tantopere Prima-
tui Papæ nocuisset, si Constantinopolitani Epi-
scopi universales in Oriente tantum, at Episco-
pus Romanus in tota Ecclesia diſtus fuisset. Ce-
terum, si sensus verborum SS. Patrum, S. Gre-
gorii Magni, * S. Augustini, S. Cypriani bene
perpendatur, ubi de natura Episcopatus ex in-
stituto loquuntur, unus est in tota Ecclesia Ca-
tholica Episcopatus, & de Jure Divino quilibet
Episcopus est universalis; de Jure autem Eccle-
siastico, atque ut servetur ratio Hierarchiæ a Jesu
Christo ordinatæ, cujuslibet alterius Episcopi Ju-
risdictio ad suam provinciam vel Diœcesim re-
stringi debuit, solo Romano Pontifice, ubicunque
& quotiescunque opus est, in tota Ecclesia suam
potestatem exercente.

*Fleurius to.
VIII. lib.
XXXV.
Tom. V. p.
375. tom. II.
p. 308. ☞
351.

Sæculum XI. dit. (*) Tandem Græculi re infecta
A.C. 1024. Constantinopolim reverti, & illo tempo-
 re hanc petitionem mittere coacti.

§. IV.

Ecclesia Constantinopolitana.

Patriarcha Constantinopolitanus, qui
 titulum Episcopi Universalis a sum-
 mo Pontifice obtinere conabatur, erat
 Eustathius, Successor Sergii. Is enim,
 postquam Sedem Constantinopolitanam
 tenuisset annis omnino viginti quinque,
 Cedr. p. 117. mense Julio, Indictione secunda, anno
 Mundi 6527. (**) Jesu Christi 1019. obie-
 rat, Eustathio Patriarcha ordinato, qui,
 prius Presbyterorum in Palatii Ecclesia
 præcipuus, Constantinopoli sedit annis
 sex & mensibus quinque, excessitque e
 vivis

(*) Guilielmus epistolam ad Papam ita exor-
 sus est: *Magistri Gentium dictis instruimur, Se-
 nio rem non increpandum. Idem tamen alias
 dicit: factus sum insipiens, vos me coegistis.
 Idcirco igitur filiationis diligentia hortamur
 communem vestram Paternitatem, qualiter in
 uno imitemini cogitationes hominum providen-
 tem Dominum Salvatorem, ut dicatis ad ali-
 quem vobis unanimem, quemadmodum ipse Pe-
 tro, quid dicunt homines de me? &c. Natal.
 Alex. in Joan. XIX.*

(**) Hic numerus annorum secundum opinio-
 nem Græcorum non Fleurii accipiendus.

vivis mense Decembri anno 6534. seu Sæculum XI.
 1025. Indictione nona. Paucos post dies A.C. 1024.
 Basilus Imperator, subito morbo correptus, Alexium monachum, Cænobii Studienſis Abbatem, ad ſe inviſentem, & S. Joannis Caput ferentem, Patriarcham denunciat, eique ſine mora, miſſo Joanne Protonotario, Palatinorum Præfecto, novæ dignitatis poſſeſſionem tradi jubet. Eadem die ſub noctem Baſilius Imperator vita functus eſt ſeptuagenarius, poſtquam annis quinquaginta Græcis imperaſſet, atque in Eccleſia S. Joannis in *Hebdomon*, ut exoptaverat, ſepulchrum nactus eſt. Ceterum Baſilium reportatæ de Bulgaris victoriæ celeberrimum eſſe fecerant. Conſtantineſis ejus Frater, regni per annos quinquaginta ſocius, ſolus poſtea annis tribus imperavit. Alexius vero Patriarcha Eccleſiam illam annis ſeptendecim rexit.

§. V.

Synodus Attrebatenſis.

In Francia Hæreſis ante annos duos detecta & reſpreſſa, necdum tamen extincta erat; quippe ejusdem Sectatores Attrebatim anno milieſimo vigelimo quinto deprehenſi ſunt. Gerardus Epicoſopus Attrebatenſis & Cameracenſis, quondam in Schola Remenſi Adalberonis Archiepiſcopi, cui affinitate conjunctus erat,
Hift. Eccleſ. Tom. XIV. N *disci-*

Syn. Attreb.
to. 13. Spicil.

Sæculum XI. A.C. 1025. discipulus, Natalis Domini atque Epiphaniæ festis Cameraci celebratis, cum inde Attrebatum se contulisset, & de rebus ad Ministerium Episcopale pertinentibus cum suis colloqueretur, certior factus est, venisse ex Italia homines, novæ Hæresis auctores, qui Justitiam quamdam profiterentur, qua sola justi fierent, spretis omnibus Ecclesiæ Sacramentis, quæ ad Salutem nihil prodesse affirmarent. Jussit Episcopus, hos Hæreticos perquiri, & in conspectum suum adduci. Et illi quidem, comperto, quod ad judicium quærerentur, fugam parabant, sed occupati, & ad Episcopum deducti sunt. Gerardo, tunc forte multis negotiis distracto, satis fuit pauca de eorum Fide interrogare; cumque vel ex his intelligeret, homines in errore versari, in carcere usque in diem tertium custodiri iussit. Altera vero die Clericis Monachisque pro conversione istorum hominum jejunium indixit.

Tertia die, quæ erat Dominica, Episcopus in Ecclesiam Beatæ Virginis venit cultu Episcopali ornatus, Archidiaconis suis cum Crucibus & Evangeliiis, totaque Clericorum & populi multitudine circumdatus. Tum decantatus Psalmus: *Psal. 67. Exsurgat Deus &c.* & Episcopus sedens in medio Abbatum ceterorumque ex ordine Clericorum de Hæreticis generatim

tim dixit ad populum. Mox, ad capti-
vos conversus, quærit, quænam esset eo-
rum Doctrina, quæ Religio, quis Auctor?
Illi respondent, Discipulos se esse cujus-
dam Gandulphi Itali, a quo didicissent,
nullam aliam Scripturam, quam Evan-
gelia & Epistolas Apostolorum, esse reci-
piendam. Quia vero ad notitiam Epi-
scopi pervenerat, quod etiam Baptismum,
Eucharistiam, Pœnitentiam, Matrimo-
nium rejicerent, Ecclesias contemnerent,
solos Apostolos & Martyres, non autem
Confessores Sanctos esse crederent, de
his Articulis speciatim quærere cœpit, &
de Baptismo exorsus, *quandoquidem di-*
citis, inquit, vos Doctrinam Evangeli-
cam recipere, utique etiam hoc Sacramen-
tum vos recipere oportet. Nam Evange-
listæ referunt, Jesum Christum ad Ni-
codemum dixisse: Nisi quis renatus fue-
rit ex aqua & Spiritu Sancto, non intra-
bit in Regnum Cælorum.

Sæculum XI.
A.C. 1025.

Gandul-
phus.

Joan. 3. 5.

Illi reponunt Episcopo: *Doctrina,*
quam a Magistro nostro accepimus, est Ev-
angelio consentanea. Nam docet, mun-
dum relinquere, desideria carnis reprime-
re, de labore manuum suarum vivere, ne-
mini nocere, & opera cbaritatis perficere
in omnes, quibus nostrum Institutum cor-
di est. Credimus vero, hanc Justitiam
servantibus Baptismum non esse necessa-
rium, & eam non servantibus Baptismum

N 2

nihil

Sæculum XI. A.C. 1025. *nihil prodesse ad Salutem. Tribus autem de causis inutilis est Baptismus. Prima est, mala vita Ministrorum, qui Salutem procurare nequeunt. Secunda, relapsus in vitia, quibus renunciat, cum Baptismus suscipitur. Tertia, quod infanti, cui nullum est desiderium, quin & nulla cognitio Salutis, voluntas & fides alterius prodesse baud posse videatur. (*)*

Tunc vero Episcopus oratione ad populum directa de his Quæstionibus disseruit in hunc ferme modum: *Jesus Christus, qui per se ipsum justus est, & Matth. 3, 15. fons omnis Justitiæ, nihilominus baptizari voluit, ut impleret omnem Justitiam, id est, ut Justitiæ exemplum nobis daret. Voluit, ut per signum sensibile, dum corpus abluitur, puritatem animæ invisibiliter reparatam cognosceremus, & S. Petrus Act. 10, 47. Cornelium baptizavit in aqua, etiamsi ante Baptismum Spiritum Sanctum accepisset. Ministri peccata non nocent Sacramento, quia Spiritus Sanctus operatur, & p. 7. Baptis-*

(*) Quo indicio, quo argumento, qua Auctoritate hodierni Protestantes probare possunt, quod sensum S. Scripturæ, exempli gratia, de Merito, de Libero Arbitrio hominis, de Matrimonii Sacramento, quod rejiciunt, clarius & certius assequantur, quam Hæretici, de quibus hic sermo est, verum sensum de Sacramento Baptismi intellexerint?

Baptismus, quem Judas conferebat, ejus-
 dem virtutis fuit, ac aliorum Apostolo-
 rum. Parvulis aliorum fides prodesse pot-
 est, eo modo, quo Fides aliorum Paralyti-
 co Evangelico, & filiae mulieris Chananæ
 profuit. Denique cur vos, qui omnem Ri-
 tum externum in Ecclesia respuitis, pe-
 des vestros, alter alteri, religiosissime la-
 vatis? Gerardus exinde ad explican-
 dum Sacramentum Eucharistiæ progre-
 diens ait: Quotiescunque hoc Sacrificium
 offerimus, panis & vinum aqua mixtum,
 per Crucem & verba Jesu Christi super
 Altare sanctificata, verum & proprium
 corpus ejus, ac verus & proprius (*) San-
 guis ejus fiunt, quamvis aliud esse appa-
 reant. Respondet deinde Episcopus ad
 quædam ab Hæreticis objecta, & non
 nulla prodigia ex historia ad ostenden-
 dam veritatem Doctrinæ, quod panis &
 vinum in Corpus & Sanguinem Jesu
 Christi mutantur, refert.

Gerardo Episcopo perorante, Fideles
 omnes præsentis lacrymis difflebant,
 atque potentiam & misericordiam Dei
 dilaudabant. Sermone autem ad Hære-
 ticos converso quæsit Episcopus, an
 haberent, quod responderent. Tunc illi

N 3 inter

(*) Testimonium tam hujus, quam omnium
 Sæculorum, de vera & corporali Christi præsen-
 tia in Eucharistia contra Protestantes invincibile!

Sæculum XI.
 A.C. 1025.

p. 12.
 Matth. 9. 2.
 S. Eucharis-
 tia.

c. 2.

p. 21.

Sæculum XI. inter suspiria & gemitus fassi sunt, ad ea
A.C. 1025. quæ modo audivissent, non superesse si-
 bi, quod dicerent. Tum culpam suam
 deflebant, percutiebant pectora, & in ter-
 ram se prosternebant. Mirari se Bonita-
 tem Dei affirmabant, qui se peccatores,
 nominis Christiani probrum, tamdiu tu-
 lisset. Timebant, nullum fore veniæ lo-
 cum, postquam etiam complures alios
 pervertissent. Tum Episcopus: *Satis*
quidem causæ ad id metuendum vobis esset,
vobis, inquam, qui peccatores ullum a pe-
nitentia fructum sperare prohibebatis.
Sed si errores vestros bona fide abjicitis,
& Doctrinam Catholicam recipitis, confi-
do, & promitto, vos a Deo veniam conse-
cuturos.

Ergo Episcopus rudes homines ulte-
 rius edocebat, maximi faciendas esse Ec-
 clesias materiales, quas ipsi tanquam lapi-
 dum cumulum contemnebant. De Al-
 taribus, de Incenso, de Campanis disse-
 rebat. Omnes explicabat Ordines, in-
 cipiens ab Ostiario usque ad Episcopum.
 Nam Hæretici illi, damnato omni cultu
 exteriori, perinde esse putabant, quis in-
 ter eos Religionis suæ ministerio funge-
 retur, vel quo in loco, an in silvis, in tri-
 viis, vel in latrinis. Nulla etiam cura
 erat, ubi sepelirentur; quippe dicebant,
 exequiarum Ritus Presbyterorum avari-
 tiæ originem suam debere. Porro Epi-
 scopus

scopus de Pœnitentia docebat, eam mortuis quoque prodesse, pro quibus preces persolvuntur, eleemosynæ erogantur, aliaque opera, quibus corpus affligitur, peraguntur. *Quia amicus, inquiebat, pœnitentiam non completam amici, a morte occupati, supplere potest.*

Sæculum XI.
A.C. 1025.

c. 8. 9.

Transiens ad Doctrinam de matrimonio dicebat, illud non esse omnibus denegandum, nec etiam omnibus concedendum, quia illis, qui se semel Ministerio Ecclesiæ addixerunt, nuptias cogitare non liceret. Probabat, Confessores æque ac Martyres esse honorandos. Psalmodiam, Cultum Crucis & Imaginum, Dignitatum Ecclesiasticarum ordinem defendebat. Tandem necessitatem Gratiæ contra falsam Hæreticorum istorum Justitiam stabiliebat. Ceterum ad cunctos hos articulos probandos, ubicunque potest, adducit argumenta novi Testamenti ex sermonibus & exemplis Jesu Christi atque Apostolorum eruta, quamvis etiam non nulla ex veteri Testamento afferat.

c. 10.

Gerardus
Episcopus.

c. 11. 12.

13. 14.

c. 15.

c. 16.

Cum Gerardus Episcopus totam diem docendo consumpsisset, & Hæretici veritatem agnoscere viderentur, errores suos damnare jussi sunt. Ipse vero Episcopus cum Abbatibus, Archidiaconis & Clericis Formulam condemnationis recitavit in hunc modum: *Damnamus &*

c. 17.

N 4

Ana.

Sæculum XI. A.C. 1025. *Anathematizamus hanc Hæresim, quæ docet, Baptismum ad delendum peccatum originale & peccata actualia non prodesse. Peccata per Pœnitentiam remitti non posse. Ecclesiam, Altare, Corporis & Sanguinis Domini Nostri Sacramentum, nihil aliud esse, quam quod oculis Corporis cernitur, atque istud Sacramentum esse rem vilem. Tandem matrimonia legitima esse rejicienda. Hanc Hæresim, omnesque qui eam tenent, damnamus. Addiderunt Episcopus & Clerici Fidei professionem, in qua, ubi de Eucharistia sermo est, dicunt: Confitemur, esse eandem carnem, quæ nata est ex Virgine, quæ in Cruce passa, (*) quæ ex Sepulchro egressa super Cælos exaltata est, & ad dexteram Patris sedet.*

Hæc Sententia latine denunciata, cuius Sermonis, qui Hæresim professi fuerant, erant imperiti, jubente Episcopo iisdem in lingua vulgari ab Interprete explicata est. Iplis vero se & Decretum conde-

(*) Clarissimum iterum contra Guilielmum Cave, aliosque Protestantes Testimonium, quo verba antecedentia de Ecclesia, Altari, & Corpore Christi explicantur, & sensus totius Ecclesiæ manifestatur; nisi quis cum eodem Cave sine ullo fundamento fabulari vellet, hanc Doctrinam Episcopum Attrebatensem a solo Paschasio didicisse.

condemnationis & Fidei professionem recipere affirmantibus præceptum, ut, quo modo possent, saltem crucem manu sua formando subscriberent. Tandem omnes, qui Synodo interfuerant, Gratias Deo agentes, accepta Episcopi Benedictione recesserunt. Gerardus Episcopus deinde hujus Concilii Acta misit cuidam Episcopo vicino, quem Renaldum Leodiensem fuisse credunt, ut moneretur, nequissimos esse istos hæreticos. Nam ille, cum in ipsius Diœcesi existentes venenum Doctrinæ suæ astutissime texissent, impunitos dimiserat. In illa epistola addit Gerardus: *Cum illi, quos Hæretici huc miserant, ad seducendos & depravandos alios, vinculis dati fuissent, in quaestione solertiissime dissimulabant, nec etiam adbita tormenta exprimebant verum, donec convicti ab illis, quos Hæresi sua pæne infecerant, errorum suorum partem nobis confessi sunt.*

§. VI.

S. Cunegundis Secessus.

In Germania Cunegundis Imperatrix, S. Henrici Conjugis sui obitu a vinculo matrimonii liberata, in Monasterium Confugiense, quod ab ipsa fundatum in Hassia prope Cassellas situm erat, se recepit; ubi cum in ipsa anniversaria die transitus S. Henrici, decima quinta Julii, an-

vit. n. 7. Sæc.
6. Ben. p. 40.

N 5

no

Sæculum XI. no 1025. Ecclesiam ab Archiepiscopis &
A.C. 1025. Episcopis consecrari voluisset, inter Mis-

farum Solemnia omni illo cultu, quæ Ma-
 jestatem Imperialem decebat, ornata ad
 Altare processit, & primo particulam ve-
 ræ Crucis obtulit. Mox perlecto Evan-
 gelio, abjecta Regali purpura, tunicam
 fuscā, quam ipsa sibi suis manibus ope-
 rata fuerat, ab Episcopis benedictam, in-
 duit, refecari sibi capillos, qui ad ejus
 honorem in monasterio servati, jussit,
 velumque & anulum ab Episcopis acce-

*Pont. Rom.
 de consecr.
 Virg.*

pit, preces in consecratione solemnī Vir-
 ginum dici solitas succinens. Ita mona-
 sticum Institutum professa reliquos, qui-
 bus superstes fuit, annos quindecim in
 monasterio illo transegit, simplex Monia-
 lis, omnibus Sororibus subiecta, sine
 ostentatione humilis. Cum artis phry-
 giæ esset peritissima, & in distinguendis
 auro gemmisque vestibus nulli inferior,
 laborabat manibus suis, sciens, ut ait vi-
 2. Theff. 3. tæ ipsius auctor, scriptum esse: *qui non
 operatur, non manducet.* Divino Spon-
 so semper vel orans vel legens colloque-
 batur, aut certe aliam sororem legentem
 auscultans. Ægrotas invisebat, paupe-
 rum curam nunquam deponebat. Tan-
 dem vigiliis & vitæ rigore consumpta,
 tertia Martii anno millesimo quadragesi-
 mo sanctam animam Creatori reddidit,
 postquam prohibuisset, ne ulla pompa
 cor-

corpus suum conderetur, atque Bamber-
gæ ad latus Imperatoris Conjugis sui se-
pulta est. (*) Ceterum pluribus mira-
culis post fata claram Ecclesia, ipsa obi-
tus die, honorat.

§. VII.

Concilium Ansanum.

Eodem anno millesimo vigesimo quinto
Ansæ prope Lugdunum celebratum
est Concilium, cui Episcopi duode-
cim interfuere, videlicet, Burchardus
Archiepiscopus Lugdunensis, Archiepi-
scopus Viennensis, qui & ipse Burchar-
dus vocabatur, Archiepiscopus Tarenta-
siensis, tum Episcopi Augustodunensis,
Matisconensis, Cabilonensis, Antissiodo-
rensis, Valentinus, Gratianopolitanus,
Ucetienensis, Augustensis, & Maurianen-
sis. Dum igitur Episcopi multa ad cau-
sas Ecclesiasticas & utilitatem commu-
nem populi tractant, surgens in medio
Congregationis Episcopus Matisconensis
contra Burchardum Archiepiscopum
Viennensem querelam movit, quod sine
licentia & assensu suo Monachis in Dice-
cesi Matisconensi, nempe in Monasterio
Cluniacensi, contra Canonum instituta,
Ordi-

Sæculum XI.

A.C. 1025.

Martyr. Ro.

3. Mart.

tom 9. Conc.

p. 859.

(*) Hic Palatius ex Krantzio: Cunegundis
porro cum post aliquot annos tumularetur, vox
de Cælo intonuit:

Cede Virgini Virgo locum.

Sæculum XI. Ordines contulisset. Statim Archiepi-
A.C. 1025. scopus Viennensis respondens Odilonem
 Abbatem in Concilio præsentem illarum
 Ordinationum Auctorem & Defensorem
 nominavit. Ergo surgens cum Monachis
 suis Odilo produxit Privilegium, a Roma-
 na Ecclesia acceptum, ne subjecti essent
 Episcopo, in cujus Diœcesi degerent,
 nec cuicunque alteri, sed libertate
 gauderent, qua quemcunque & ex qua-
 cunque Regione vellent Episcopum ad
 conferendos Ordines, & peragendas
 Consecrationes ad suum vocarent Mo-
 nasterium. Nomine consecrationis,
 haud dubie dedicatio Ecclesiarum acci-
 pienda.

Tunc vero lecti sunt Canones Con-
 cilio Calcedonensis, & multorum aliorum,
 in quibus præcipitur, ut in qualibet Re-
 gione Monachi proprio Episcopo subje-
 cti sint, & ne quicunque Episcopus in al-
 terius Diœcesi vel ordinet vel consecret
 sine ipsius consensu. Itaque Episcopi de-
 creverunt Privilegium non esse ratum,
 quod Canonum institutis non modo non
 esset consentaneum, sed aperte adver-
 sum. Pronunciarunt etiam, Abbatem
 Cluniacensem non esse idoneum Defen-
 sorem ordinationis, quam Archiepisco-
 pus Viennensis peregisset. Unde Ar-
 chiepiscopus ratione convictus, veniam
 ab Episcopo Matisconensi petens, loco
 satis-

fatisfactionis sub quibuscunque vellet Fi-
dejussoribus promisit, se singulis annis, Sæculum XI.
A C. 1025.
quoad ambo viverent, in Quadragesima
tantum olei olivarum, quantum ad con-
ficiendum S. Chrisma esset necessarium,
ipsi persoluturum. Istud exemplum, il-
ludque in dedicatione Monasterii Lo-
chensis produnt, illius ætatis Episcopos,
Pontificem supra Canones esse, non cre-
didisse. (*)

§. VIII.

(*) Ex hoc loco Historiæ Ecclesiasticæ, sicut
e sexcentis aliis, exploratum fit, Ecclesiam
nunquam potestate simpliciter Monarchica fuisse
gubernatam. Sicut enim ex una parte Roma-
nis Pontificibus Prærogativa Potestatis & Infalli-
bilitatis, quæ S. Petri Successori, Ecclesiæ Pri-
mati & Capiti, Summo Pastori, competit, sem-
per asserta fuit, ita etiam Episcopis sua auctori-
tas & Jurisdictio, quam in prima Institutione
Ecclesiæ acceperunt, salva esse debet.

Præclare in Rem nostram in *Tract. de Pot.
Sum. Pon. anno 1755. edito* disserit P. R. & M.
P. Gregorius O. S. B. Canonum Professor & Uni-
versitatis Salisb. Rector, qui aliorum Scriptorum
mentem ita exposuit, ut de propria ipsius sen-
tentia dubitandi locus non superfit. Is igitur
Summi Pontificis Personam definit in hunc mo-
dum, quod sit *Supremum in Hierarchia Eccle-
siastica Caput ad informandam regendamque
Ecclesiam juxta formam a Christo Domino præ-
scriptam divinitus institutum. pag. 4.* Deinde
pag.

Sæculum XI.

A.C. 1025.

§. VIII.

*Continuatio vitæ S. Romualdi.**Sup. lib.**LVII. §. 59.**vit. n. 53.**Sæc. 6. Act.**Ben. p. 263.*

At rerum ordo postulat, ut reliqua de
 vita S. Romualdi prosequamur, &
 Beatum viri finem enarremus. Post-
 quam Vir Sanctus Ottonem III. cui mor-
 tis tempus prædixerat, reliquisset, Pa-
 ren-

pag. 32. dicit: *Mixtam* (in Ecclesia) quodam-
 modo (Regiminis formam) seu *Monarchico-Ari-
 stocraticam* defendunt non illi tantum . . . ve-
 rum etiam *Viri alii egregii pietate non minus*
quam Doctrina conspicui, qui pro Superioritate
& Infallibilitate Pontificis quasi pro aris &
focis dimicant &c. Doctissimorum Virorum
 pace hic insinuare liceat, quod etiamsi forma
 Regiminis Ecclesiastici, explicationis causa, possit
 dici Monarchico Aristocratica, nihilominus vox
 Hierarchia melius adhibeatur. Sicut etiam in
 Definitione Summi Pontificis, paulo ante ex
 Magnif. Rectore allata, sapienter nulla mentio
 fit Monarchiæ vel absolutæ & puræ vel mixtæ,
 quod vox ista toti retro Antiquitati (ut docet
 Historia Ecclesiastica) ignota, potius ad signi-
 ficandum Regimen Regium & Politicum, quam
 Ecclesiasticum nata & apta videatur.

Addit Magnificus Scriptor eadem pag. Si
 Scripturam consulamus, profecto inde luce me-
 ridiana clarius apparet, quod Christus in sua
 Ecclesia talem Regiminis formam instituerit,
 quæ non sapiat . . . *Dominatum*, viam sternat
 ad despotismum &c.

Item

rentium, civitatem in Istriæ Peninsula si-
 tam, concessit, ubi primo anno Mona-
 sterium condidit, & Abbatem instituit,
 ceteris vero duobus Recluserum more
 latuit. Ibi eum Divina pietas ad tam
 sublimem perfectionis gradum provexit,
 ut etiam ventura prospiceret, & multa
 veteris ac novi Testamenti occulta my-
 steria

Sæculum XI.
 A.C. 1025.

Item pag. 34. *Si Traditionem consulamus, vix ullum reperimus vestigium Regiminis Monarchici; usque dum post Sæc. VIII. Autoritas Pontificis majora in dies accepit incrementa. &c.*

Tum pag. 38. *Agitantur alii zelo prorsus indiscreto, actum esse existimantes de Ecclesia, Religione, & Fide Catholica, nisi Pontificis Auctoritatem supra omnem potestatem extollant. Et hinc non raro contrarium sentientes Censuris etiam Theologicis perstringere, varia fidei dogmata in suo intellectu cudere, & Doctrinas nec à Christo revelatas, nec ab Ecclesia ad credendum propositas, quæ vix limites probabilitatis excedunt, multo minus apicem veritatis fidei attingunt . . . deprædicare non dubitant. Et pag. 42. Qui . . . contrarium sentientes ferme Hæreticos faciunt, aut saltem de Hæresi suspectos habent cæteroquin minime considerantes, quod aliquoties Ecclesiæ Catholicæ plus ob sint, quam prosint, & Ecclesiam & se irrisio- ni A catholicorum exponant, si in probationibus convincentibus deficiant. &c. Tandem pag. 58. Quid-*

Sæculum XI. A.C. 1025. steria illustratæ mentis acie penetraret. In illa solitudine S. Romualdus repente donum lacrymarum obtinuit, quod prius frustra optaverat, ex illo autem tempore usque ad vitæ exitum non amisit. Frequenter, Divinæ Bonitatis contemplatione abreptus, exclamabat: *Care Jesu! o dulcis Jesu mi! desiderium ineffabile! dulcedo Sanctorum! suavitas Angelorum!* aliaque similia ab humano sensu aliena. Missam celebrare coram pluribus nunquam volebat, quia lacrymarum vim continere non poterat; & putans eandem gratiam Discipulis suis esse concessam, dicebat: *Cavete, ne multas lacrymas effundatis.*

Quidquid sit de opinionibus horum Authorum, putamus hanc Formulam: loqui de Cathedra, suum sensum, in quo hodie accipitur a novioribus . . . accepisse. Non enim legimus, quod antiquiores . . . tam subtiliter in Pontifice duplicem Personam & duplicis generis Decreta distinxerint. &c.

Hæc ex Tractatu clarissimi viri; nam dulce aliorum labore frui, & testimonium alterius est majoris ponderis. Ceterum hujusmodi Reflexiones sunt necessariae legenti Historiam Fleuri, qui præter *Mores*, & *Doctrinam* Ecclesiæ Catholicæ, etiam ejusdem *Disciplinam* docet. Nemo autem genuinam Disciplinæ Ecclesiasticæ Ideam assequetur, nisi probe sciat, qualis Regiminis forma a Jesu Christo instituta fuerit, & in Ecclesia maxime viguerit.

fundatis, quia & visum minuunt, & ver- Sæculum XI.
ticem lædunt. A.C. 1025.

Exiit ex hoc claustro S. Vir, deside-
rio Fratrum suorum in aliis monasteriis
commorantium obsecuturus. Quod
cum audivisset Episcopus Parentinus, ni-
mio mœrore percussus denunciari iussit;
quicumque Romualdo navim dare præ-
sumeret, qua in Italiam veheretur, una-
cum ipso sempiterno exilio damnandum.
Advenerunt vero duæ exteræ cimbæ,
quarum Rectores Romualdum læti su-
sciperunt, & sibi gratulantes, quod tan-
to viro operam addicturi essent. Ecce
autem dum navigant, circa diluculum
ventis subito sævientibus horrida oritur
tempestas. Jamque cuncti nihil propius
esse credebant, quam ut fluctibus obrue-
rentur. Alii vestes projiciebant, natan-
do salutem quæsituri, alii remum vel
tabulam apprehendebant, quibus pro na-
vigio uterentur. Romualdus cucullo suo
abditus, demisso ad genua capite, ali-
quamdiu oravit. Tum conversus ad Anso-
nem Abbatem, sibi proximum, denuncia-
re eum nautis jubet; ponerent metum,
nam omnes incolumes evasuros. Et pau-
lo post in portum Capreolæ civitatis ap-
pellunt.

Inde S. Romualdus ad monasterium
suum Bifurcense veniens, cum Cellulæ
ipsi plus justo splendidæ viderentur, illis
Hist. Eccles. Tom. XIV. O omni-

n. 55.

n. 58.

Sæculum XI. omnibus rejectis, aliam, quæ quatuor cubi-
A.C. 1025. tis amplior non erat, hospitium sibi dele-
 git. Relictis postea his monachis, quod
 ipsis persuadere non posset, ut se alicujus
 Abbatis Regimini submitterent, ad Co-
 mites Camerinæ Provinciæ nuncios mi-
 sit, qui rogarent, ut sibi in eorum Ditio-
 nem commeare liceret. Illi gaudentes
 S. Romual- S. Viro cuncta sui Domini obtulere præ-
 dus iterum dia, non modo silvarum, & montium,
 in Italia. sed si ipsi videretur etiam agrorum. Pla-
 cuit Romualdo locus, qui Vallis de Ca-
 stro dicebatur, proferendis fructibus
 aptus, irriguus, montibus & silvis valla-
 tus, ubi jam tunc parva erat Ecclesia &
 aliqua congregatio mulierum conversa-
 rum. Quibus loco cedentibus, S. Vir
 Cellulis constructis illic cum Discipulis
 suis habitavit, ingenti animarum fructu
 consequente. Plurimi ad pœnitentiam
 suscipiendam undique confluebant, ali-
 qui sua omnia in pauperes distribuebant,
 alii toto mundo relicto, Monasticum In-
 stitutum amplectebantur. Sanctus Vir
 similis erat Seraphim, amore Dei flagran-
 ti, & omnium se auscultantium corda
 accendenti. Sæpe, cum verba faceret ad
 populum, lacrymarum copia vocem sup-
 primente, quasi subito mente captus
 omnium conspectum fugiebat. Si equo
 vectus cum Fratribus iter faceret, lon-
 go post illos intervallo sequebatur, Psal-
 mos

mos decantans, & continuo lacrymas fundens.

Sæculum XI.
A.C. 1025.

n. 60.

Inter ceteros autem Romualdus majore severitate corripiebat Clericos Sæculares, data pecunia ordinatos; quibus nullam Salutis spem superesse affirmabat, nisi Ordinem sponte defererent. Hi novam rem audientes importunum monitorem occidere moliti sunt. Per totam namque illam Ditionem usque ad Romualdi tempora vix quisquam noverat Simoniam esse peccatum. Ille vero ad Clericos: *Canonum libros mihi afferte, & diligenter inspicite, an quæ dico vera sint.* Pervolutis libris crimen agnoscebant, & errata plangebant. Compluribus Canonicis aliisque Clericis, more Laicorum vitam ducentibus, persuasit, ut Præpositis obedirent, & vitam communem amplecterentur. Id videtur esse origo Canoniorum Regularium, qui posterioribus temporibus occurrent. (*)

O 2

Non

(*) Verum quidem, quod in hoc Sæculo Monasteria Canoniorum ab Ecclesiis Cathedralibus separata necdum appareant. Ceterum accuratam de Canoniorum Ordine cognitionem acquirere cupientibus legendum est Opus Eximium: *Vetus Disciplina Canoniorum Regularium & Sæcularium . . . Critice & Moraliter expensa a D. Eusebio Amort, Canonico Regulari Lateranensi Pollingæ . . . Venetiis 1747.*

Sæculum XI. Non nulli Episcopi, qui per Simoniam
A.C. 1025. Sedes suas invaserant, Sanctum Virum
 consuluerunt, & se ejus curæ commise-
 runt, promittentes, se dimisso Episcopa-
 tu Professionem Monasticam amplexu-
 ros. Hæc omnia S. Petrus Damianus in
 vita S. Romualdi literis prodidit, & sub-
 junxit: *Nescio tamen, an Vir Sanctus to-
 ta sua vita vel unicum ad frugem reduxe-
 rit. Est enim venenata illa Hæresis, præ-
 sertim in Episcopali Ordine, valde dura
 & rigida. Semper promittunt, semper
 differunt. Ita ut facilius Judæum ad fi-
 dem converteris, quam Simoniacum Chri-
 stianum ad penitentiam provocaveris.*

Sed e Valle de Castro quoque emi-
 grans S. Romualdus, relictis ibi non nul-
 lis de suis Discipulis, ad Regionem ur-
 bis * veteris pervenit, ubi expensas tri-
 buente Farulfo Comite Monasterium ex-
 truxit. Tanta namque in S. Viri pe-
 ctore faciendi fructus ardor urgebat, ut
 effectis nunquam contentus ad facienda
 mox alia properaret, adeo ut putaretur
 totum mundum in eremum velle con-
 vertere, & Monachorum ordini omnem
 populi multitudinem sociare.

ep. 63.

Sup. lib.
 LVIII.
 §. 26.

Interea Romualdus audiens, quod
 S. Bonifacius, Discipulus suus, apud Rus-
 sos anno 1009. Martyrii palmam conse-
 cutus esset, tam vehementi desiderio san-
 guinem suum pro Jesu Christo dandi suc-
 census.

census est, ut protinus animo constitue-
 rit in Hungariam proficisci. Priusquam
 vero propositum exequeretur, tria bre-
 vi tempore condidit Monasteria, unum in
 Valle de Castro, cujus meminimus, aliud
 juxta Isinum* fluvium, & tertium prope
 Oppidum Aesculum. Deinde licentia ab
 Apostolica Sede accepta, & duobus e suis
 Discipulis in Archiepiscopos consecratis,
 cum viginti quatuor Fratribus iter arri-
 puit. Cum enim omnes desiderio æqua-
 li pro Salute proximi moriendi æstua-
 rent, pauciores deligere non licuerat.
 Verum cum fines Pannoniæ, id est Hun-
 gariæ, attigissent, Romualdus languore
 correptus ulterius progredi non potuit.
 Diu hoc morbo vexatus est, & quoties
 reditum parabat, levabatur, quoties ve-
 ro iter prosequi cogitabat, protinus in-
 tumescebat facies, & stomachus cibos
 non retinebat. Advocatis itaque Fra-
 tribus ait: *Agnosco, Divinæ Voluntatis*
judicium esse, ut ultra non progrediar.
Verumtamen quia desiderium vestrum non
ignoro, neminem vestrum ad reditum com-
pello, sed uniuscujusque relinquo arbitrio.
Scio autem neminem eorum, qui remanse-
rint, ad Martyrium perventuros. Vera
 dixisse S. Virum eventus comprobavit;
 nam ex quindecim Discipulis ejus, qui
 Hungariam petierunt, aliqui equidem
 fustibus cæsi, alii venumdati, & in ser-

Sæculum XI.
 A. C. 1025.

S. Romual-
 dus in Pan-
 nonia.

* Esino.

Sæculum XI. virtutem redacti, nulli ipsa vita pro fide
A.C. 1025. privati.

Romualdo autem ad Monasterium suum urbis veteris reverso mores Abbatibus nequitiam probabantur. Volebat enim quemlibet Abbatem, utpote non ideo minus Monachum, abjecta amare, sæcularia averfari, Bona Monasterii Fratrum usibus impendere, cum jactantia nihil facere. Cum nihil proficeret Romualdus, relicto hoc Monasterio cum suis Discipulis Castrum Rainerii petiit, qui postea Tusciæ Marchio fuit. Hic Princeps uxore sua, sanguinis propinquitatem obtendens, dimissa, viduam cujusdam sibi agnati uxoris nomine apud se habebat, hinc Romualdus, ne criminis particeps fieret, gratis in ejus Ditione habitare noluit, sed unum ei aureum pro aqua, alterum pro lignis pendebat, & respuentem pecunias a tam Sancto Viro accipere compulit, injecta abitus mentione. Ceterum Rainerius non nunquam auditus est dicere: *Non Imperator, non aliquis omnino mortalium tantum mihi metum valet incutere, quantum me Romualdi aspectus terret. Ipso præsentente, non habeo, quod dicam, nullam excusationem invenio, qua me defendam.* Habebat re vera Vir Sanctus hanc ex Divino munere gratiam, ut quicunque peccatores, præsertim potentes Sæculi, in

in ejus præsentiam devenissent, mox ve- Sæculum XI.
lut ante Majestatem Dei tremefactis vi- A.C. 1025
sceribus formidarent.

§. IX.

Varia S. Romualdi Monasteria.

Vir Sanctus exinde sapius de loco in
locum migrans, quocunque venisset,
viciniam virtutis suæ fama implebat, &
peccatores convertibat. Ideo vero fre-
quentissime locum mutabat, quod ubi-
cunque degeret, turba hominum pæne
innumerabilis concurreret. Itaque post-
quam unum locum Monachis impleffet,
constituto in eo Præposito, mox ad alium
iterum implendum festinabat. Ut ni-
hil dicamus de aliis Monasteriis, etiam
montem Sytriæ, in Umbria positum, in-
coluit; ubi ab uno monachorum suorum
insignem calumniam passus est. Huic
nomen erat Romanus, quem cum Ro-
mualdus pro suæ carnis immunditia non
modo verbis argueret, sed sæpe etiam
verberibus gravissimis coerceret, ausus
est Diabolicus vir eundem Reatum Ma-
gistro imponere. Et quamvis corpus
Senis decrepitum & operibus rigidis at-
tenuatum satis calumniam refelleret, ni-
hilominus fidem fecit impostor, & S. Vi-
ri Discipuli, injuncta ei pœnitentia, San-
cta Mysteria celebrare prohibuerunt. Il-
le Discipulorum imperio se subjiciens, ad

n. 75.

n. 78.

O 4

Sacro-

Sæculum XI. Sacrosanctum Altare per sex fere menses
A.C. 1025. accedere non præsumpsit. Tandem vero
 ipsi Divinitus præceptum, ut si Divinam
 timeret gratiam perdere, indiscretam
 simplicitatem postponeret, & Sacra Mis-
 sarum Solemnia magna fiducia celebra-
 ret. Paruit altera die Romualdus, cum-
 que ad secunda Missæ Secreta perven-
 tum esset, in Extasim raptus, Expositio-
 nem Psalmorum scribere jussus est, quæ
 hodieque in Monasterio Camaldulensi
 ipsius manu exarata asservatur.

In Sytria vir venerabilis per septem
 annos reclusus mansit, & nihilominus vix
 n. 79. ullo unquam tempore plures homines
 convertit, atque ad agendam poeniten-
 tiam volentes inclusit. Vergente ad se-
 nectutem ætate nihil de vitæ rigore re-
 laxavit. n. 80. Nam per unius Quadragesi-
 mæ spatium nihil aliud vel cibi vel potus

Vita S. Ro-
 mualdi.

sumpsit, nisi de modica farina & paucis
 herbis sorbitiunculam. Atque ita, quid
 vires ferrent, vel recusarent, tentabat.
 In æstate unam hebdomadam jejunando
 in pane & aqua transigebat, hebdomada
 sequente levi obsonio feria quinta refi-
 ciebatur. Si eum aliquando tentatio in-
 vaderet lautiolem cibum comedendi,
 parari eum præcipiebat, ori & naribus ad-
 movebat, & solo captato odore dicebat:
*o gula, gula, quam suavis tibi saperet iste
 cibus? sed væ tibi! ex eo nunquam gusta-
 bis.*

bis. Et sic intactum remittebat ad Cel-
 larium. Duo vel tria habebat cilicia, Sæculum XI.
A.C. 1025.
 quæ singulis mensibus mutabat. Capil-
 lorum & barbæ excrementa ipse sibi, sed
 raro, forficibus præscindebat. In Qua-
 dragesima, nisi necessitas cogeret, nun-
 quam prodibat, & non obstante vitæ ri-
 gore alacrem semper & hilarem vultum
 ostendebat. Referunt complures infir-
 mos non sine prodigio ab ipso sanatos,
 quamvis id suis meritis adscribi minime
 vellet. Cum discipulos suos in domos
 Sæcularium mitteret, iis panem vel po-
 ma, vel aliud a se benedictum dabat,
 quod ubi ægrotantes comedissent, pro-
 tinus sanitatem corporis recipiebant.

n. 81. & c.

n. 83.

n. 93.

Ceterum, Monachi Sytrientes omni-
 bus viribus ad vitæ monasticæ perfectio-
 nem ascendere contendebant. Omnes
 siquidem nudis pedibus incedebant, om-
 nes inculti, pallidi, & in extrema pau-
 pertate contenti. Non nulli obseratis
 januis clausi, ita mortui mundo videban-
 tur, velut in sepulchro jam positi. Vi-
 num ibi nemo noverat. Ipsi etiam mo-
 nachorum famuli, & custodes pecorum
 jejunabant, silentium servabant, flagellis
 se invicem cædebant, & ob quæcunque
 verba otiosa pœnitentiam flagitabant.
 Postquam autem S. Vir vidit, tot ibi
 esse Fratres, ut eos locus vix cape-
 ret, Abbate ipsis præposito, inviola-

O 5

tum

Sæculum XI. tum tenens silentium, Bifurcum se re-
A.C. 1025. cepit.

n. 94.

Inter hæc, cum Imperator Henricus in Italiam venisset, missis ad Beatum Virum nunciis rogavit, ut ad se invisere non gravaretur, promittens, facturum se, quæcunque præciperet. Romualdo autem id abnuente, & silentium frangere recusante, dixerunt Discipuli: *Magister, vides nos hic tanto numero esse, ut commode habitare non possimus; quapropter pete a Cæsare majus monasterium.* His Vir Sanctus responsum scripsit in hunc modum: *Scitote, quia Montis Amiati monasterium ex dono Regis habebitis. Deliberate, quem ibi Abbatem eligere debeatis.* Tum perrexit ad Imperatorem, qui accedenti assurgens magno cordis affectu in hanc vocem erupit: *utinam anima mea esset in corpore tuo!* rogavitque, ut sibi colloqueretur; sed illa die impetrare non potuit, ut silentium violaret. Postera die ad Palatium eunti certatim occurrunt Germani, salutant Virum Sanctum inclinatis humiliter cervicibus, & villos pelliceæ vestis, qua indutus erat, decerpunt, eos tanquam Sacras Reliquias studiose in patriam portaturi. Qua devotione Romualdus vehementer offensus & magno mœrore affectus, nisi obstitissent Discipuli, protinus Cellulam suam repetiisset.

Ingres-

S. Romualdus coram
S. Henrico.

Ingressus ad Imperatorem, diu de resti- Sæculum XI.
A.C. 1025.
tuendo jure Ecclesiarum, de violentia
Potentum, de oppressione pauperum dis-
seruit, & tandem pro suis Discipulis mo-
nasterium petiit. Cui postmodum Hen-
ricus Montis-Amiati monasterium tradi-
dit, ejecto inde quodam Abbate, multis
malis obnoxio. Istud Monasterium in *Ital. S. to. 3.*
Tuscia Territorii Clusiensis positum *p. 667.*
Rachis Rex Longobardorum circa an-
num 743. condiderat.

Inter Monasteria, ultimo vitæ suæ
tempore a S. Romualdo fundata, fuit *Mabill. ob*
Camaldulense, postea præ ceteris omni- *ser. ad vit.*
bus celebratum. Is locus, illa tempesta- *p. 278. Id.*
te *Campo Malduli* dictus, inter asperri- *iter Ital. p.*
mas Alpes Apenninas Diœcesis Aretinæ *180.*
situs, vallis est amœnissima, septem riga-
ta fontibus, quam Discipulis suis com-
modam delegit Romualdus, ibique Ec-
clesiam S. Salvatoris, & quinque Cellu-
las separatas, totidem Anachoretis desti-
natas, extruxit. His Petrum Venera-
bilem Præpositum dedit, Theodaldo Epi-
scopo Aretino, qui hanc Sedem anno
1023. obtinuit, consentiente.

§. X.

S. Romualdi obitus.

Sanctus Romualdus cum jam finem
suum imminere intelligeret, ad Mo- *vit. n. 100.*
nasterium suum in Valle de Castro re-
diit,

Sæculum XI. diit, jamque certus, se esse moriturum,
A.C. 1025. Cellam sibi cum Oratorio ædificari man-
 davit, in qua recluderetur, & silentium
 usque ad mortem servaret. Sane vigin-
 ti abhinc annis Discipulis suis prædixe-
 rat, se in hoc monasterio e vita decessu-
 rum, nemine, dum animam exhalaret,
 præfente. Cella constructa, sensit cor-
 poris languores ingravescere, præsertim
 phlegmatis abundantiam & pulmonis
 marcorem, quo jam mensibus sex labo-
 rabat. Nihilominus nec lecto decum-
 bere, nec solitum jejunium violare vo-
 luit. Quadam igitur die sole ad occa-
 sum vergente sentiens se viribus desti-
 tuti, duobus Fratribus qui adstabant præ-
 cepit, ut foras exirent, Cellulæ januam
 clauderent, & ad eum diluculo remea-
 rent, Hymnos matutinos, id est Laudes,
 celebraturi. Illi inviti discedunt, neu-
 tiquam vero cubitum properant, sed pro-
 pe Cellam latent. Tum attentius au-
 scultant, & neque ullum motum corpo-
 ris, neque sonum vocis audientes, suspi-
 cati, quod res erat, impulsæ janua velo-
 citer irruunt, illatoque lumine, supinum
 cadaver inveniunt, anima in Cœlum ra-
 pta. S. Romualdus vitam suam usque
 ad annum prope centesimum vigesimum
 produxit; namque annos viginti in Sæ-
 culo, tres in Monasterio, & nonaginta
 tres in eremo transegit. Hæc in ejus
 vita,

vita, quam post annos ab ipsius morte Sæculum XI.
 quindecim S. Petrus Damianus scripsit, A.C. 1025.
 legimus. Verumtamen errorem subre-
 plisse, sive id oscitantia Librariorum, vel Mabill. pag. 279. Boll. 7.
 alio modo evenerit, atque S. Romualdus Febr. to. 4.
 dum ultra annum vitæ nonagesimum su-
 perstitum esse non potuisse, plurimi cre-
 dunt. p. 103. Martyr. Ro. 19. Jun. & 7. Febr. Obiit vero anno Christi 1027. de-
 cima nona Junii, qua die Ecclesia ejus
 memoriam colit. Sed Romæ ipsius Fe-
 stum septima Februarii, secundæ Trans-
 lationis die, fixum. Proximo post obi-
 tum suum tempore S. Romualdus plu-
 rimis fulsit miraculis; unde elapso quin-
 quennio, Monachi a Sede Apostolica li-
 centiam construendi Altare supra corpus
 ejus obtinuerunt, quod illo ævo aliquis
 Sanctos canonizandi modus erat.

§. XI.

Guido Aretinus Musicus.

Sub idem tempus, Joanne XIX. S. Petri
 Cathedram & Theodaldo Sedem Aretinam tenentibus, Guido, celeberrimus
 Musicus, illius civitatis Monachus, Musi-
 ces Elementa & sex illas Notas, *Ut. Re. Mi. Fa. Sol. La.* invenit, quarum ope
 puer intra paucorum mensium spatium
 capit, quod antea vir complurium anno-
 rum labore vix addiscebatur. Has Sylla-
 bas Guido a tribus primis versibus
 Hymni in Festo S. Joannis: *Ut queant
 laxis*

Sæculum XI. *laxis &c.* (*) mutuavit, deditque Episto-
A.C. 1025. lam, de nova sua methodo, ad Michae-

lem Monachum Cænobii Pomposinani,
 tunc temporis prope Ferrariam celebra-
 rimi, quem in hac industria Adjutorem
 habuerat, in hunc ferme modum: *Spero*
Ap. Baron. fore, ut posteri nostri a Dei Misericordia
an. 1022. & remissionem peccatorum nostrorum exo-
Sæc. 6. Ben. rent, postquam effecimus, ut qui hactenus
p. 508.

a Magistris suis vix Decennio cantandi
 imperfectam scientiam consequi potuerunt,
 nunc spatio unius anni aut saltem biennii
 boni cantores evadant. Et infra: Sum-
 mæ Sedis Apostolicæ Antistes Joannes (**) Papa,
 cum Scholæ nostræ fama ad ipsius
 aures pervenisset, & quod pueri ex no-
 stris Antiphonariis cantus antea nunquam
 cognitos discerent, valde miratus, tribus
 nunciis missis me ad se vocavit. Romam
 igitur profectus sum cum Gregorio Abba-
 te Mediolanensi, & Petro Præposito Cano-
 nicorum Ecclesiæ Aretinæ, viro pro tem-
 porum nostrorum ratione sapientissimo.
 Papa meo adventu latissimus, diuque mihi
 collocutus, diversa quæsit, Antiphona-
 rium meum sæpius velut rarum prodigium
 per-

(*) *Ut queant laxis resonare fibris*
Mira Gestorum Famuli tuorum
Solve polluti Labii reatum
Sancte Joannes!

(**) In Epistola ista relata a Cardinali Baro-
 nio ad annum 1022. legitur: Benedictus VIII.

Sæculum XI.

A.C. 1025.

pervolvit, regulas summa attentione perpendit, & de sede, in qua acquiescebat, non surrexit, prius quam cantum versiculi ante nunquam auditum didicisset, ita in se ipso expertus, quod de aliis vix credere poterat. Ceterum infirmitate cogente Romæ morari non potui, & æstivo fervore in locis maritimis & palustribus perniciem mihi minante. Condiximus vero, me redeunte hyeme Romanam reversurum, atque Pontifici, ejusque Clericis, opus hoc explicaturum. Exinde post paucos dies adii Patrem vestrum, Guidonem Abbatem Pomposinani Monasterii, virum Deo & hominibus virtutis & sapientiæ merito charum, quem ut patrem animæ meæ videre cupiebam. Is igitur, ut perspicaci ingenio valet, ubi nostrum Antiphonarium vidit, protinus approbavit, pœnitentia eum subiit, quod nostris æmulis quondam consensisset, veniam postulavit, suadens mihi, Monacho, ut urbibus Episcopalibus præferrem Monasteria; quorum nullum hodie in Italia tanti Abbatis industria Pomposinano illustrius est. Ut igitur summi viri consilio seu potius mandato obsequar, hoc nostro Opere vestrum Monasterium decorare cupio; maxime ideo, quod cum Episcopis, hodie ferme omnibus ob Simoniam (*) damnatis, communicare verear.

(*) Istud in epistola, ut eam refert Cardinalis Baro-

Sæculum X. *verear.* Guido Monachus Librum suum
 A.C. 1025. de Musica Micrologum appellavit, nuncupavitque Theodaldo Episcopo Aretino Dioecesano suo, qui eum ad erudendos Clericos populumque sibi adiutorem adsciverat.

§. XII.

Bruno Episcopus Tullensis.

Conradum Regem anno millesimo vigesimo quinto cum exercitu in Italiam proficiscentem secutus est Bruno, eidem affinitate junctus, Ecclesiæ Tullensis Clericus. Is in Alsatia natus, quinquennis Bertoldo Episcopo Tullensi erudiendus a parentibus traditur. Grandior deinde ad Palatium mittitur Conradi Regis, cujus amorem facile sibi conciliavit. Jamque illo tempore intelligens, Episcopatum sibi ab amicis destinari, animo constituit, Ecclesiam aliquam pauperem pinguiori præponere. Annum vero vitæ agebat vigesimum tertium, Ordine Diaconatus initiatus, quando Regem in itinere Longobardico comitabatur, militibus Episcopi Tullensis, justa causa impediti, præfectus. Strenue rem gessit Bruno, & majore industria, quam a juvene, experientia destituto, expectari potuisset.

Baronius, non legitur. Bene vero in Actis Bened. to. VI. p. l. pag. 447.

potuisset. Quippe caute locum castris deligebat, & ut copiae semper comee-
tu abundarent, curabat.

Sæculum XI.
A.C. 1026.

Cum Hermannus Episcopus Tullen-
sis anno sequente millesimo vigesimo sex-
to in Quadragesima viam æternitatis in-
iisset, Clerici, populusque una voce Bru-
nonem, in Italia cum Rege commoran-
tem, Episcopum eligunt, datisque tam
ad Regem quam ad Brunonem epistolis
monent, juxta Canones Episcopum sem-
per ex Clericis vacantis Ecclesiæ eligen-
dum, & nulli Ecclesiæ virum invisum
obtrudendum esse. Ingrata erat Conra-
do Regi hæc electio, tum quod admo-
dum tenue esset Beneficium, tum quod
ad urbem Tullensem in extrema Regni
sui parte positam vix unquam se confer-
ret. Econtra pauperem Sponsam in vo-
tis habens Bruno, instantissimis precibus
a Rege consensum extorsit. Ergo itine-
ri se dedit Italiam relicturus, atque elu-
sis Longobardorum, qui in Conradum
rebellabant, insidiis Tullum in Festo
Ascensionis Domini pervenit, moxque
Ecclesiæ suæ possessionem a Theodorico
Episcopo Metensi, Agnato suo, accepit.

Conradus Rex cupiebat, Brunonis
Consecrationem differri usque ad Festum
Paschæ anni sequentis 1027. quo ipse
Imperator coronandus erat, ut simul una
die Neo-Episcopus a Papa ordinaretur.

Hist. Eccles. Tom. XIV.

P

Sed

Sæculum XI. Sed noluit Bruno Jurisdictionem Archiepiscopi Trevirensis, Metropolitæ sui, lædere; suberat tamen impedimentum, quo minus ab eo ordinari posset, nam præcipere solebat Archiepiscopus Suffraganeis suis, priusquam Ordinationem reciperent, ne ullum negotium præter ipsius mandata vel consilia unquam perficerent, idque sibi juramenti fide promitterent. At Bruno credens ejusmodi juramentum servari haud posse, & nolens promittere, quo se non posset exsolvere, jurare recusabat. Tandem Rex litem composuit, judicans, illud juramentum & obedientiam ad sola negotia Ecclesiastica esse restringendam, ut *sup. l. LII.* antiquum Metropolitaram postulabat. *§. 5.* Itaque Bruno nona Septembris anno millesimo vigesimo sexto Tullensis Episcopus consecratur.

§. XIII.

Conradus Imperator.

Conradus Rex Romam venit anno sequente, ubi in die Sancto Paschæ vigesimo sexto Martii a Joanne XIX. Pontifice Imperator coronatus est. Giselæ quoque Conradi Conjugi Papa coronam imposuit; quam pompam duo Reges auxerunt, scilicet Rudolphus Rex Burgundiæ, Giselæ patruus, & Canutus Rex Angliæ & Daniæ, qui ad exsequendum

Sæculum XI.
A.C. 1027.

dum concepta vota venerat. Ei coram Papa, Imperatore, aliisque Optimatibus ibi præsentibus conquerenti, quod Subditi sui tam Angli quam Dani Romam vel Religionis, vel mercaturæ causa proficiscentes variis modis vexarentur, promissum, eos impofterum a vectigalibus fore exemptos, & plena commendi libertate usuros. Quod concedere inprimis Regis Rudolphi erat, cum suo milite plerasque Alpium fauces obsideret. Illam quoque querelam in medium attulit Canutus, quod immensa pecunia ab Archiepiscopis suis, Romam ad petendum Pallium euntibus, exigerebatur. Statutum, atque promissum, etiam hujus mali radicem tollere. Hæc discimus ex Epistola ab eodem Rege data ad Præsules, Optimates populumque Angliæ, quibus Denarium S. Petri Romanis exacte solvere, aliaque Ecclesiis debita præstare imperat.

tom. 9. Conc.
p. 861. ex
Wil. Mal-
mes.

Conradus Imperator, in Germaniam redux, eodem anno 1027. Concilio interfuit, Francofordiæ ab Aribone Archiepiscopo Moguntino convocato, ad quod celebrandum Episcopi viginti tres convenerunt. Ante Altare, qua Orientem spectabat, sedebat Archiepiscopus Moguntinus cum suis Suffraganeis, ad Occidentem Imperator, habens ad dexteram suam Pelegrinum Archiepiscopum

P 2

Colo-

Sæculum XI. Coloniensem cum Suffraganeis suis, &
A.C. 1027. ad sinistram Hunfridum Archiepiscopum
 Magdeburgensem ejusque Suffraganeos.
 Ad meridiem alii sedebant, & ad Septen-
 trionem complures Abbates. In hoc
 Concilio Aribō Archiepiscopus veterem
 litem de Monasterio Gandesheimensi ad-
 versus Godehardum Episcopum Hildes-
 heimensem renovavit; & tunc quidem
 Godehardus in Synodo præsens Jus suum
 acquisitum testimonio septem Episcopo-
 rum, qui Transactioni Gandesheimensi
 interfuerant, demonstravit. Nihilomi-
 nus Archiepiscopus in duobus aliis Con-
 ciliis, annis sequentibus celebratis, anti-
 quam crambem recoxit. Tandem anno
 millesimo trigesimo cessit, fassus est se
 errasse, & S. Episcopo reconciliatus est.

§. XIV.

Canutus Rex Daniæ & Angliæ.

Canutus seu Cnuto, Sueini seu Sueno-
 nis Regis Daniæ filius & Successor,
 Patris vestigiis insistens in Angliam navi-
 gavit, ut Gentem suam ulcisceretur,
 gravibus injuriis affectam sub Rege cru-
 deli Ethelredo, quocum pertinax bellum,
 & deinde cum filio ejus Edmundo, qui
 Latus ferreum dicebatur, gessit. Tan-
 dem Edmundo fatis functo, solus in An-
 glia rerum potitus anno 1017. viginti an-
 norum spatio imperavit. Christianus
 erat,

erat, atque ex Invasore in optimum & sapientissimum Regem conversus Magni nomen consecutus est. Quod Beneficium S. Elnothi vel Egelnothi, Archiepiscopi Cantuariensis, consiliis, quibus Princeps utebatur, cuncti in acceptis retulerunt. Hic Præsul, olim Monachus Gloucestoniensis, anno 1020. Livingo Archiepiscopo, Successori S. Elfegii, successerat, & elapso biennii spatio Romam profectus Pallium a Benedicto Papa VIII. accepit. In reditu, cum Papiam divertisset, brachium S. Augustini centum marcis argenti & una auri coemit, atque eo Cimelio Ecclesiam Angliæ decoravit.

Itaque S. Elnothi hortatu excitatus Canutus Rex voto Romam eundi pro expiatione peccatorum suorum se obstrinxit, illudque, ut paulo ante diximus, implevit. Eodem Viro Sancto impellente Canutus Leges tam Ecclesiasticas quam Civiles, quæ in desuetudinem abierant, renovavit, quod apparet ex Legum Collectione in Actis Conciliorum extante, ubi complura maximi momenti Decreta, ad Religionem pertinentia, & Legibus sub Regno priorum Principum editis consentanea occurrunt. Præterea suadente Archiepiscopo Canutus Rex etiam in Ecclesias exterarum regionum munificus extitit. Legimus enim eum magnam vim pecuniæ donasse Ecclesiæ Cantuariensi,

Sæculum XI.
A.C. 1027.

Elog. Sæc. 6.
Ben. p. 447.
Sup. lib.
LVIII. §.

31.

tom. 9. Conc.
p. 314.

Sæculum XI. nutensi, sedente Episcopo Fulberto, qui
 A.C. 1027. data ad hunc Regem epistola pro acce-
Fulb. pto largissimo munere gratias egit, &
 aurum Ecclesiæ suæ reparandæ, quam
 incendium vastaverat, impendit. Obiit
 Archiepiscopus Elnothus anno millesimo
 trigesimo octavo, Sanctorum exinde nu-
 mero adscriptus.

Rex Canutus, compluribus Episcopis
 ex Anglia in Daniam defectis, Bernardum
Ada. Brem. II. c. 38. in Scania, Gerbrandum in Zelandia,
 Reinherum in Finia prædicare iussit. Et
Unvan quidem Archiepiscopus Bremen-
 sis Gerbrandum Episcopum humane ex-
 cepit, sed compulit, ut se Præpositum
 suum agnosceret, & fidem promitteret.
 Ceterum in amicorum suorum nume-
 rum adlectum cum aliis Nunciis & mu-
 neribus Legatum ad Regem Canutum
 misit, iussitque suo nomine eidem gratu-
 lari victorias de Anglis reportatas, sed
 etiam objurgare, quod Angliam Episco-
 pis suis privare ausus esset. Boni con-
 sultuit Canutus Archiepiscopi admonitio-
 nem, crevitque postea inter ambos ami-
 citiæ usus, ita ut Rex sine Archiepiscopi
 assensu nihil magni moliretur. Namque
Unvan inter Canutum & Regem Conra-
 dum Salicum pacis ineundæ arbiter ex-
 titit.
c. 39.

§. XV.

Sæculum XI.

A.C. 1027.

S. Olaus Rex Norvegiæ.

Canuto Regi perpetuum bellum fuit cum Olao Rege Norvegiæ, Principe de cetero justo, & Religionem Christianam amante, cui præcipua cura fuit Norvegiam ab Hariolis, Magis, Veneficis, quibus scatebat, liberare. Habebat vero apud se Episcopos & Presbyteros ex Anglia advenas, quorum doctrina confirmabatur, & movebatur consiliis. Inter illos Episcopos Scientia & virtutibus effulgebant Sigefridus, *Grimquil*, Rodulfus, & Bernardus, qui ex mandato Regis Evangelium Suecis, Gothis, ceterarumque Insularum ultra Norvegiam positarum Incolis prædicarunt. Ceterum Olaus quoque *Unvan* Archiepiscopo nuncios & dona remisit, rogans, ut Episcopos ad se missos benigne exciperet, & alios in Norvegiam, ad confirmandam ibi Religionem, delegaret.

Eodem tempore Sueciæ sceptrum rotabat alter Olaus, Neophytus, cujus filiam Rex Norvegiæ in matrimonium acceperat. Illi vero non minus ardoris quam genero fuit ad propagandam Religionem Christianam; nam nullum non movit lapidem, ut templum Idolorum, quod Upsaliæ in medio Regni sui stabat, everteret; unde Pagani, veriti ne sum-

c. 41.

Sæculum XI. ma potestate destinata perficeret, pacta
A.C. 1027. cum Rege inierunt; *si enim*, inquiebant,
Christiana Fides Regi placet, eligat opti-
mam in Suecia Regionem, ubi Ecclesiam
adificet, & suam Religionem stabiliat.
Sed neminem ad deferendum Deorum cul-
tum cogat. Rata habuit Rex, quæ offe-
 rebant Deorum cultores, & fundata Ec-
 clesia atque Sede Episcopali in Gothia,
 qua Occidentem spectat, Dania & Nor-
 vegiæ contermina, nempe *Scaren*, tunc
 temporis amplissima civitate, hodie ve-
 ro obscura, postulavit, ut Turgotus pri-
 mus Episcopus ab *Unvan* Archiepiscopo
 ordinaretur. Turgotus Ministerio Epi-
 scopali strenue incumbens duos Gotho-
 rum populos celeberrimos ad Fidem con-
 vertit. Olaus vero Rex Sueciæ Sacro
 fonte Baptismi ablui iussit uxorem suam
 & duos filios Emundum & Arnundum,
 juniore nomen S. Jacobi in Baptismo im-
 ponens, qui licet juvenis, sapientiæ &
 pietatis laude omnes Majores suos supe-
 rans, exinde Suecis carior omnibus, qui
 ante ipsum extiterant, Regibus fuit.

i. 43. Inter hæc Olaus Rex Norvegiæ Re-
 gno dejicitur, factione Procerum, quo-
 rum uxores, maleficii convictas, capite
 damnaverant, & Canutus Rex seditionis
 calamitates bello quoque cumulans, Rex
 Norvegiæ salutatur, quæ sors ante ipsum
 necdum ulli Regum Dania obtigerat.

Olaus

Olaus posita in Deum solum spe sua Regnum armis repetiit, non tam imperandi quam Idololatriam extirpandi desiderio ductus, & contractis a Rege Sueciæ, Socero suo, atque Insulanis auxiliis auctus. Itaque valido exercitu cinctus Norvegiam postliminio suæ potestati subjecit. Tunc vero credidit, ideo se in Regnum fuisse restitutum, ut nemini parceret, qui Magiam abjicere nollet, aut Christiana Sacra amplecti detrectaret. Et plurimi quidem ad Fidem Christi conversi sunt; at pauci, qui supererant, Magi, tum Sociorum necem ulturi, tum Canuto Regi rem gratam facturi, occultis insidiis captum, Sanctum Regem interfecerunt. Ita occidit Olaus Rex Norvegiæ, qui Martyrum numero accensetur. Sepultus est Drontheimii * magna * Nidrosiæ. exequiarum pompa, nam illa civitas tunc Regni Caput erat. Multis Sepulchrum ejus claruit miraculis, unde cunctis populis ad Septentrionem degentibus maximæ venerationi fuit. Obiit vero anno millesimo vigesimo octavo, vigesima nona Julii, qua die Ecclesia ejus memoriam colit.

Sub idem tempus quidam Anglus, nomine Wolfredus, in Sueciam profectus, magna fiducia Evangelium prædicavit, & complures Paganos convertit. Quin eorum cœtum ingressus Gentis illius

P 5

Idolo,

Sæculum XI.

A.C. 1027.

S. Olaus Rex
Martyr.Martyr. Ro.
29. Jul.

Adam. c. 44.

Sæculum XI. A.C. 1027 Idolo, quod *Torstan* dicebatur, maledicere, & arrepta securi effigiem, in qua Numen esse credebatur, comminuere ausus est. Illico Barbari audacem innumeris telis perforant, corpusque, postquam diu illulissent, in palustria projiciunt.

- c. 42. Interea *Unvan* Archiepiscopus, usus beneficio pacis, quæ inter Sclavos & Saxones ultra Albim positos vigeat, Hamburgensem Metropolim, anno octingentesimo quadragésimo quinto vastatam restauravit, collecta maxima incolarum & Clericorum multitudine. Sæpe ibi versabatur, & mediam plane anni partem ibi consumens, nunc Canuto Regi, nunc Sclavorum Principibus ad se invisentibus colloquebatur. Tandem postquam rexisset Ecclesiam annis sexdecim, & munus Apostoli inter Infideles egregie obisset, vigesima septima Januarii anno millesimo vigesimo nono viam universæ carnis ingressus est. Successit Libentius II. primi hujus nominis Nepos, Cathedralis Ecclesiæ Præpositus, qui favente Gisela Imperatrice electus, Baculum pastorem a Conrado Imperatore, & Pallium a Joanne XIX. Papa accepit. Sed Sedem Hamburgensem & Bremensem ultra annos quatuor non tenuit.

§. XVI.

§. XVI.

Sæculum XI.
A.C. 1027.*Alexii Patriarchæ Constitutio.*

Constantinopoli Alexius Patriarcha cum ^{Jus Græc.}
Episcoporum in Regia versantium ^{Rom. lib. 4.}
Concilio, quod *Synodos endemûsa* dice- ^{p. 250. Post.}
batur, Constitutionem edidit, in qua va- ^{Zonar. pag.}
rii Articuli, ad Disciplinam pertinentes, ^{786.}
definiti. Nam primo non nullorum Epi- ^{Sup. lib.}
scoporum improba industria onera Dice- ^{XXVIII.}
cesis præstanda in Archiepiscopos seu ^{§. 19.}
Metropolitans devolvebantur, quia illi,
ut præceptam pecuniam dare non coge-
rentur, redditus suos in usus illicitos con-
vertebant, & e suis Diocæsisibus discede-
bant. Credo, hic sermonem esse de pen-
sionibus Imperatori ab Episcopis solven-
dis, ut vidimus, atque ea a Metropoliti-
tis fuisse exacta, quæ Episcopi in ipsorum
Provinciis præstare neglexerant. Ut
huic malo medicina pararetur, præcipi-
tur, ut Metropolitæ œconomos consti-
tuant in Diocæsisibus, quæ damni causa
fuerunt, donec illud fuerit resarcitum,
item in illis, unde simile damnum sive ob
sordidiam, sive ob nequitiam Episcopo-
rum sibi emerfurum timent, Curatores
nominent, qui cum Episcopis Ecclesiarum
redditus cognoscant, eorum rationem sin-
gulis annis exigant, & ex iis, quæ super-
fuerint, Metropolitam indemnem ser-
vent, aut Ecclesiæ addicant.

Sup. l. LVI
§. 22.

Affe-

Sæculum XI. Afferuntur etiam Querelæ contra
A.C. 1027. Episcopos, qui Bona Ecclesiarum suarum
 dispergebant, Curatoris officium in alie-
 nis fundis suscipiebant, & negotiis Sæcu-
 laribus temere implicabantur. Hi, sub
 comminatione Depositionis, errata emen-
 dare jubentur. Item querelæ leguntur
 adversus eos, qui suo arbitrio Conciliis
 Provincialibus non intererant, nullam
 causam afferentes. Rursus contra illos,
 qui Jura Fratrum suorum violabant, Cle-
 ricos extraneos ordinantes. Prohibetur,
 ne Clerici ex una Provincia in aliam sine
 Episcoporum suorum literis migrent.
 Istud maxime ad urbem Constantinopo-
 litanam spectabat, quo ex omnibus par-
 tibus confluebant Clerici, rei, innocen-
 tes, legitime ordinati, non ordinati, Or-
 dinis sui ministerio impune fungentes.

Præcipitur, ut limites Jurisdictionis
 Ecclesiasticæ non contemnantur, sed de
 causis inter Clericos aut Monachos mo-
 tis Episcopus, & de causis Episcoporum
 Metropolitæ cognoscant, qui si judicare
 neglexerint, res ad Patriarcham & ejus
 Synodum deferatur. Districte prohibe-
 tur, ne quis Clericus aut Monachus Ju-
 dices sæculares adeat, juxta Decreta
 ipsorum Imperatorum, & non obstante
 privilegio, quod Monasteria Imperialia
 sibi ipsis arrogabant.

Episco-

Episcopi illo ordine sedeant, quem ^{Sæculum XI.} ipforum Metropolitæ tenent. Tandem ^{A. C. 1027.} damnatur abusus circa Oratoria domestica; nam viri potentes ambitiose jubebant campanas pulsari, congregari populum, Officium celebrari, quin & Baptismum conferri, putantes sufficere, quod in tali loco Crux auctoritate Patriarchæ vel Episcopi collocata fuisset. Itaque secundum hoc Decretum: Episcopi ejusmodi licentiam nemini tribuant. Presbyteri sub pœna Depositionis non præsumant, in illis Oratoriis aliud Officium, nisi solam Missam, & quidem diebus non Festis, celebrare. Laicis, qui huic Legi se non submiserint, Anathema denunciatur. Hæc Constitutio, quæ nomina viginti duorum Metropolitaram, & novem Archiepiscoporum, eam recipientium, præfert, de more illius ætatis Sigillo plumbeo munita, atque mense Januario, anno mundi 6536. Salutis millesimo vigesimo septimo data est.

§. XVII.

Monasteria in Commendam data.

In eadem Constitutione agitur de Monasteriis, quæ in Commendam Exteris committebantur. Cujus moris seu abusus exordium ad Iconoclastas referebatur, præsertim ad Constantinum Copronymum, illum Monachorum hostem infensissimum.

*Jo. Antioch.
tom. I. Mon.
Gr. Cotel. p.
170.*

Sæculum XI. fenissimum. Ea Hæresi extincta, Bona
A.C. 1027. Monasteriis reddita fuere; verum ex il-
 lo tempore tum Imperatores, tum Pa-
 triarchæ adsueverunt, Monasteria & Ho-
 spitia viris potentibus & magna charita-
 te præditis committere, non eo quidem
 consilio, ut Sacrorum locorum redditibus
 suas opes augerent, sed ut collapsa re-
 staurarent, atque eorum Benefactores
 essent & Præsides. Inde postmodum na-
 tus est prætextus Monasteria, & primo
 quidem minora, tum etiam omnia, exte-
 ris, sive Episcopis, sive Laicis, viris ux-
 ores habentibus, feminis, quin etiam Pa-
 ganis, conferendi. Ejusmodi Bona Com-
 mendatario ad tempus vitæ suæ conce-
 debantur, & quandoque ab initio una
 persona alteri substituebatur. Dabantur
 viris monasteria feminarum, & feminis
 monasteria virorum. Non nunquam una
 persona plura possidebat monasteria. Hi
 Donatarii, quos *Charisticarios* appella-
 bant, omnibus fructibus fruebantur, nec
 cuiquam rationem reddere tenebantur.
 Et nihilominus sæpe nec sarta tecta Ec-
 clesiarum aut ædium conservabant, ne-
 cessaria ad Divinum Officium peragen-
 dum non præbebant, eleemosynas de mo-
 re distribui solitas non erogabant, vitæ
 subsidia ipsis monachis subtrahebant, qui
 rebus necessariis destituti Regulæ rigo-
 rem relaxabant. Idem Donatarii Abbati-
 bus

bus dominabantur, & ad suscipiendos quoscunque monachos, clientes suos, co-
 gebant, aut ad concedenda habitacula Sæcularibus, sæpe monachis numero non
 inferioribus, compellebant.

Sæculum XI.
 A C. 1027.

Hinc Episcopi, in Concilio Constantinopolitano mense Januario, anno millesimo vigesimo septimo, querebantur, quod *Charisticarii*, Monasteriorum censibus in commodum proprium adhibitis, ea penitus perderent, & in ædes Sæcularium verterent, monachis ob inopiam dilabi coactis. Itaque Synodus monachis potestatem fecit contra Charisticarios actionem movendi, qua eos ad damna Monasteriis illata resarcienda compellerent, vel omnino iisdem possessionem sententia Judicis adimerent. Verum in hac causa neutiquam Judices sæculares, sed Patriarchæ Synodum adire jubentur.

In alia Constitutione mensis Novembris, Indictionis undecimæ, nempe ejusdem anni 1027. Alexius Patriarcha *Charisticariis* prohibet, ne sua monasteria aliis traderent. Quippe non nulli ea tanquam Bona profana venundabant. Præterea nulli viro feminæve, cujusque conditionis, distincti sexus monasterium possidere liceat. Nemo fundos, ad Monasteria pertinentes, nisi accedente auctoritate Patriarchæ vel Metropolitæ, alienet.

Sæculum XI. net. Tandem Episcopi, qui Monasteria,
A.C. 1027. Metropolitanarum beneficio, tenent, ea re-
 stituant, si aliquando Metropolitæ, dum
 ad conservandam Rempublicam plurima
 præstare coguntur, indigere incipiant.
 Hæc Constitutio, Metropolitæ sexdecim,
 & Archiepiscopis (*) quinque præsentibus,
 lecta, atque mense Novembri Indi-
 ctione undecima eodem anno millesimo
 vigesimo septimo data.

§. XVIII.

*Mors Constantini. Romanus Argyrus
 Imperator.*

Cedr. p. 719.
p. 721. Anno sequente e vivorum numero abiit
 Constantinus Imperator, postquam
 cum Fratre suo annis quinquaginta, &
 solus annis tribus regnasset, totus volu-
 ptatibus immerfus. Nihil supra equo-
 rum cursus & ludos amabat, semper syco-
 phantarum & parasitorum turba circum-
 datus. Præfecturas & præcipua Reipu-
 blicæ munera spadonibus crapulosis aliis-
 que indignis hominibus committebat.
 Subito morbo correptus nona Novem-
 bris anno a mundo condito sexies mil-
 lesimo quingentesimo trigesimo septimo,
 Jesu Christi millesimo vigesimo octavo,
 cum

(*) Sæpius occurrit, alios in Ecclesia Orien-
 tali fuisse Metropolitæ & alios Archiepiscopos,
 atque illi his fuisse majores videntur.

cum se a medicis deferri videret, & Successorum in Regno cogitaret, Patricium Romanum Argyrum vocari jubet, cui cubiculum intranti, *elige jam, inquit, quod melius videbitur. Namque vel uxorem tuam dimittes, & unam filiarum mearum connubio tibi junges, aut ambo oculi tibi eruentur.* Romanum, inter malleum & incudem positum, optima uxor periculo eripuit, quæ sponte attonsa institutum monasticum amplexa est. Constantinus Imperator tres filias genuerat, quarum primogenita, nomine Eudocia, velo monastico se abdiderat. Theodora tertio genita Romanum Argyrum maritum accipere recusavit, sive quod affinem averfaretur, sive quod jura uxoris ejus luce fruentis lædere crimini duceret. At secunda, nomine Zoe, oblatas Romani nuptias arripuit. Tum quæstione an matrimonium istud inter propinquos ratum haberi possit, agitata, atque a Patriarcha Alexio & Clericis ejus decisa, (*)

Roma-

(*) Hic Alexius Patriarcha in impedimento propinquitatis dispensasse videtur. Sed aliunde hoc matrimonium, vivente Romani uxore, ut ut Monialem esset professa, nullum erat. Quis non miretur Patriarchas Constantinopolitanos quartas Nuptias, a Jesu Christo non prohibitas, præfervide damnare*, dum hic matrimonium in

*Sup. lib.
LVII. §.
Evan. 42.

Hist. Eccles. Tom. XIV.

Q

Evan. 42.

Sæculum XI. Romanus & Zoe Benedictione Nuptiali
A.C. 1028. junguntur, & ipse Imperator salutatur.
 His Constantinus haud plus tribus die-
 bus superstes, annos natus 70. rebus hu-
 manis eripitur.

Romanum Argyrum, qui annis quin-
 que & dimidio imperavit, multis ceris
Cang. famil. Majorum suorum clarum, nam summas
p. 154. quasque Dignitates consecuti fuerant, exi-
 miæ virtutes commendarunt. Cum sci-
 ret, Magnæ Ecclesiæ Constantinopolita-
 næ, cujus œconomia olim præfectus fue-
 rat, census admodum tenues esse, con-
 stituit, ut eidem per singulos annos octo-
 ginta libras argenti ærarium Cæsareum
 penderet. Tres Syncellos ad dignitatem
 Metropolitica[m] evexit, cum Ephesinam
 Cyriaco, Patriarchæ fratri, Cyzicenam
 Demetrio, quocum, priusquam Solio fu-
 isset impositus, arcto amicitia[rum] fœdere
 junctus fuerat, & Euchaitanam Insulam
 Michaeli, Demetrii propinquo, contulit.
 Complures viros, præsertim Ecclesiæ Mi-
 nistros, prope ad incitas redactos, suis
 opibus adjuvit. Largas eleemosynas pro
 quiete

* *Matth. 5,* Evangelio * diserte vetitum approbare audent?
 32. Nimirum jam tunc superbi Græculi Romanam
 Sedem, Doctrinæ Evangelicæ Magistrum, fasti-
 dire incipiebant, quam ubi postea deseruerunt,
 nemine ruinam sustinente, in abyssum Schisma-
 tis, erroris, & Hæresis prolapsi sunt.

quiete animæ Imperatoris, Soceri sui, Sæculum XI.
A.C. 1029.
distribuit, atque multos a defuncto quon-
dam injuriam passos collatis Bonis & ho-
noribus auxit.

§. XIX.

Fulberti Carnutensis Extrema.

Anno millesimo vigesimo nono Francia
Fulbertum Episcopum Carnutensem,
lumen patriæ fulgidissimum, amisit. Is
Constantiam Reginam vehementer of-
fensam habebat, quod muliebri cupidi-
tati obsisteret; nam Constantia volebat
junioem filium suum Robertum Regem
coronari, violato jure Henrici primoge-
niti, cui Rex Pater, si ipse decederet,
Regnum destinabat. Porro qui conten-
debant, Henricum a Regno excludi de-
bere, dicebant, esse versuti animi Prin-
cipem, pigrum, mollem, qui malo patris
sui exemplo corruptus jura Majestatis
vindicare nesciret. Econtra ipsius fra-
trem omnibus virtutibus, quæ strenuum
Regem facerent, esse præditum. Ful-
bertus Henrico favebat, secundum pa-
rentis Regis voluntatem, quamvis non
ignoraret, suam obedientiam compluri-
bus Episcopis non probari, & aliis, neu-
tri parti faventibus, videri, vivente pa-
tre nec unum nec alterum esse coronan-
dum. Tandem vicit auctoritas patris;
quare Henricus Remis in Festo Penteco-

Glab. 1. III.

c. 9.

Ap. Fulb. ep.

106. al. 50.

ep. 59.

Q 2

stes

Sæculum XI. ftes decima quarta Maji anno 1027. Co-
A.C. 1029. rona Franciæ redimitur. At Fulbertus
 per epistolam absentiam excusavit; nem-
 pe vir prudens sine necessitate iratæ Re-
 ginæ oculos subire nolebat.

Obiit Fulbertus anno 1029. decima
 Aprilis, relinquens complures Discipulos
 & Scripta. Præter alia habemus Episto-
 las numero centum, plerasque brevissi-
 mas, quia nempe, ut ipse sæpius indicat,
 plurimis aliis curis distrahebatur. Quas-
 dam supra memoravimus, sed & sequen-
 tes notatu dignæ videntur. Prima epi-
 stola est Dogmatica, in qua præcipuos
 Religionis Christianæ Articulos expli-
ep. 1. p. 8. cans ait; Eucharistiam non inanis My-
 sterii Symbolum, sed operatione Spiritus
 Sancti verum JESU Christi Corpus esse.
p. 10. Et deinde: *Dubitare non licet, quin ille,*
qui ex nihilo fecit omnia, eadem potentia
materiam terrestrem in Substantiam JE-
su Christi mutet. ()*

ep. 2. In Epistola secunda Fulbertus respon-
 det se consulentibus de consuetudine, il-
 la ætate in compluribus Ecclesiis serva-
 ta, quæ hujusmodi erat. Presbytero in
 sua

(*) Testimonium firmissimum contra Prote-
 stantes, veritatem præsentia Realis, tam ex Sacra
 Scriptura, quam per testes omnium Sæculorum
 luce meridiana clarius demonstratam, negantes.

sua Ordinatione ab Episcopo tradebatur Sæculum XI.
A.C.1029.
 Hostia consecrata, quam non totam, sed minutatim quadraginta dierum spatio consumeret. *Credebam*, addit Fulbertus, *bunc morem in omnibus Ecclesiis vigere, ita ut neminem admiratio subire possit cuiusdam rei, quam omnes provinciæ nostræ Episcopi servant.* Hic loquitur de Patria sua. (*) Tum commemorat eventum insolitum, qui ipsi occasionem præbuerat, hujus consuetudinis originem quærendi. Quidam Presbyter Hostiam de manu Episcopi, cum ordinaretur, acceptam, involvit membrana, ad id ipsum præparata, quam quotidie Missam celebrans aperiebat, & particulam tantillam, ut totum ad dies quadraginta sufficere posset, sumebat. Una die, finita Missa, velamen & Corporale complicans, membranam, in qua Hostia erat, tollere oblitus est. Et ecce, altera die ad Altare rediens eam invenire, quamvis diligentissime omnia lustraret, non amplius potuit. Re comperta Episcopus Fratribus omnibus præcepit, ut pro ipso pœnitentiam agerent, eique valde magnam injunxit.

Q 3

Jam

(*) Fleurio videtur fuisse patria Romanus. Sup. Lib. LVIII. §. LVII. In Act. Ben. dicitur *Italus. vita.*

Sæculum XI.

A.C. 1029.

Jam prosequitur Fulbertus: *Captata occasione interrogavi Episcopum; an non potius e re esse videretur, si, salva tamen Religione, tota Hostia prima vel secunda die consumeretur, quia sine periculo lædendi Reverentiam per partes sumi tanto tempore non posset, & paucos reperire esset Presbyteros, qui per dies quadraginta necessariam diligentiam adhiberent. Episcopus mihi respondit; hoc Ritu in memoriam revocari, quod Iesus Christus post Resurrectionem suam per quadraginta dies Discipulis suis apparuisset. Nam non satis Salvatori fuit, iis Carnem suam semel ostendere, sed ut modicam eorum Fidem adjuvaret, priusquam eosdem in univ-
sum mundum mitteret, per dies quadraginta titubantes Corporis sui conspectu tanquam Esca cælesti confirmavit. Hinc Episcopus, qui Iesu Christi vicem gerit, Presbyteros ad populum sibi commissum missurus, iis Eucharistiam per dies quadraginta manducandam præbet, ut memores sint eorum, quæ Redemptor noster fecit. Huc usque Fulbertus. Atque eundem morem servatum fuisse legimus in Pontificali Libro Ecclesiæ Sueffionensis, annis abhinc sexcentis scripto, in quo post Cæremoniam Ordinationis leguntur hæc verba: Presbyteri ab Episcopo accipiant Corporis Domini Nostri particulas, in quibus per dies quadraginta communicent,*
sequen-

Morten. de
Antiq. rit.
to. 2. p. 322.
396.

sequentes Domini Nostri Jesu Christi Sæculum XI.
A.C. 1029.
exemplum, qui post suam Resurrectionem
per dies quadraginta cum Discipulis suis
versatus est. In aliquo tamen Ordine
 Romano legimus, Presbyteros per septem
 tantum dies communicasse de illa Hostia,
 quam ab Episcopo acceperant, idque ad
 demonstrandam unitatem Sacrificii, sive
 a Presbytero, sive ab Episcopo oblato suf-
 ficiebat; quam rationem etiam Fulber-
 tus in sua Epistola affert.

p. 14.

In alia Epistola Fulbertus cuidam Pres-
 bytero consilium a se expetenti respon-
 det: *Optimum facies, carissime, si Mis-*
sam penitus non celebres, nisi saltem duos
tresve Ministros habeas. Si oblationem
species, affirmare possumus, quod illi, pro
quibus sacrificamus, Deo per manus no-
stras Sacrificium Laudis offerant. Re-
 spondet alteri se consulenti de Presbyte-
 ro, convicto, quod Missam celebrans non
 communicasset; in causam, cur id fecis-
 set, accurate esse inquirendum. Si enim
 omittens Communionem in errore gra-
 vi contra Fidem existat, aut alterius cri-
 minis, quod mortale reputatur, reus sit,
 deponendum esse. Si ebrietas, aut im-
 pudicitia eum deterreat, quia & ista pec-
 cata mortalia sunt, etsi complures Pres-
 byteri id vel ignorent, vel ignorantiam
 simulent, Sacris ipsi interdicendum, &
 præcipiendum, ut penitus a Sacrificio ab-

ep. 52.

ep. 83.

Sæculum XI. stineat, donec vitium emendaverit. Si
A.C. 1029 *ob frequentiam*, addit, *Sanctum Sacrifi-*
cium fastidiat, per annum integrum se-
cundum decreta Concilii Toletani Commu-
nione privetur. Si scrupulo angatur ob
culpam levem, secundum ea, quæ in Capi-
tulari præscribuntur, magna charitate
monendus est. Si morbus stomachum aut
cerebrum infecerit, abstineat a Ministe-
rio, usque dum Sanitati fuerit restitu-
tus. In alia Epistola dicit: Quod spectat
ad diversum numerum Psalmorum, quos
aliqui tempore jejunii singulis Horis Ca-
nonicis subjungunt, non invenio præscri-
ptam Regulam, eosque superfluos existima-
rem, nisi Devotioni illorum, qui eos reci-
tant, aliquid dandum esset. Præter Ful-
berti Epistolas supersunt quoque non nul-
li Sermones, præsertim contra Judæos
habiti, & de Nativitate Sanctæ Virginis,
quod Festum in sua Diœcesi instituit.
Inter ejus Sermones aliquot Regulæ de
pœnitentia Canonica magnis peccatori-
bus injungenda occurrunt.

Fulberto satis functo, Roberto Rege
 volente Episcopus Carnutensis electus
 est Theodoricus, quem Leothericus Ar-
 chiepiscopus Senonensis ordinavit, Ec-
 clesiæ Carnutensis Canonicis frustra re-
 pugnantibus. Hi enim Decanum suum
 elegerant, atque & ipsi & Regi Electio-
 nem per Nuncios significaverant. Ar-
 chiepi-

chiepiscopo scripserunt conquerentes, ^{Sæculum XI.}
 quod contra Canones ageret. Præterea ^{A.C. 1029.}
 ad Guerinum Episcopum Bellovacensem, ^{Ap. Fulb.}
 ad Odolricum Aurelianensem, Arnul- ^{ep. 131.}
 phum Archiepiscopum Turonensem lite- ^{ep. 132.}
 ras dederunt querelis plenas contra Ar-
 chiepiscopum & Regem, qui sibi invitis
 Episcopum indignum & scientia destitu-
 tum vellent obtrudere. In eadem epi-
 stola addunt: *Nolite spe falli, futurum,*
ut Odo Comes eum unquam in suam civi-
tatem recipiat, priusquam quæstionem ad
examen vocaveritis, an Episcopatu dignus
sit. Nec vobis timendum, ne fidem Regi
debitam violetis, nunquam melius de Prin-
cipe vestro merituri, quam si eum ad tol-
lendos in Regno suo abusus compellatis.
 Tandem S. Odiloni Cluniacensi quoque
 scripserunt, veriti, ne Comitem Carnu-
 tensensem ad Theodoricum in pace admit-
 tendum permoveret. Sed incassum
 omnia; nam Theodoricus Episcopatum
 Carnutensem obtinuit.

ep. 133.

§. XX.

Dedicatio Ecclesiæ S. Aniani Aure-
reliani.

Idem Episcopus interfuit Dedicationi Ec- ^{Helg. p. 73.}
 clesiæ S. Aniani in Urbe Aurelianensi,
 quam Robertus Rex anno hoc millesimo
 vigesimo nono magna pompa celebrari
 iussit. In hac Ecclesia perticas quadra-
 ginta

Q 5

ginta

Sæculum XI.
A.C. 1029.

ginta duas longa, duodecim lata, & decem alta, numerabantur fenestraz centum viginti tres, & Altaria novendecim, quorum princeps S. Petro erat Sacrum. S. Aniani theca argentea auro & gemmis distincta rutilabat. Dedicationi vero iubente Rege interfuere Archiepiscopi tres, Gauselinus Bituricensis, Leothericus Senonensis, & Arnulphus Turonensis, cum Episcopis quinque, Odolrico Aurelianensi, Theodorico Carnutensi, Bernario Meldensi, Guerino Bellovacensi & Rudolpho Silvanectensi. S. Odilo Cluniacensis quoque venit, pluresque alii viri egregii, quorum colloquiis Rex delectabatur. Rex thecam S. Aniani suis humeris intulit, & cæremoniis omnibus peractis, flexis ante Altare majus genibus, purpuraque deposita, publica oratione Gratias Deo egit.

Multis donis Robertus Rex Ecclesiam S. Aniani cumulavit, eidemque decedens legavit Oratorii sui Sacram suppellectilem, quæ sequentibus constabat; videlicet octodecim pulcherrimis Trabeis, duobus Libris Evangeliorum, auro cælestis, duobus argento ornatis, duobus aliis minoribus cum Missali ultra-marino ebo-re & argento fulgenti, duodecim arcubus aureis cum Sacris Reliquiis, Altari, in parte antica auro & argento decorato, in cujus medio Onyx, & tres Cruces aureæ,

reæ, quarum maxima septem librarum ^{Sæculum XI.}
 erat, conspiciebantur. Campanis quin- ^{A.C. 1029.}
 que, quarum una erat librarum bis mille
 sexcentarum, jubente Rege solemniter
 baptizata, & de nomine Regis *Robertus*
 appellata. Sunt verba Helgaldi mona-
 chi, ex quibus discimus, quod jam tunc
 Benedictio campanarum Baptismus dice-
 retur. Notat etiam in illa Benedictione
 oleum & chrisma fuisse adhibitum.

Ceterum optimi Regis filii, cum ^{Glab. III.}
 a Matre male haberentur, in Patrem com- ^{hist. c. 9.}
 muni consilio arreptis armis, ejus Di-
 tiones depopulati sunt. Rex juvenis
 Henricus Druidas cepit, Robertus vero
 ejus Frater Aballum & Balnam oppida in
 suam potestatem redegit. Rex contracto
 milite in eum per Burgundiæ agros mo-
 vens, in itinere Guilielmum Abbatem
 consulit, quid in isto domestico turbine
 sibi agendum esset, se & filios suos ejus-
 dem ad Deum precibus commendans.
 S. Abbas respondit: *Memor sis, Rex,*
quam refractarius juvenis parentibus tuis
fueris, jamque Deo sic permittente filios
tuos pœnas reposcere. Mansuete tulit Rex
 monentem Abbatem, culpam veterem
 professus. Postmodum compluribus
 unius alteriusque provinciæ agris deva-
 statis pacis fœdera cum filiis inire non
 recusavit.

§. XXI.

Sæculum XI.

§. XXI.

A.C. 1030.

Guilielmi Abbatis Divionensis Ex-
trema.

vit. n. 29.

Sæc. 6. Act.

Ben. p. 334.

Bellum illud civile anno millesimo trigesimo finitum, atque eodem anno Guilhelmus Abbas ex Italia rediens, cum ad Monasterium Gorziense a se olim cum plurimis aliis reformatum divertisset, inde Fecamum venit, ubi in morbum incidit. Tum circa Festum Nativitatis Domini, supremum sibi diem imminere ominatus, congregatis Fratribus, res omnium Monasteriorum, quorum curam gerebat, composuit. Viaticum sibi præberi deinde rogavit, & tota octava nullam amplius vocem edidit, solum oculos sæpe ad cælum attollens. Tandem Feria VI. in Festo Circumcisionis, prima Januarii, anno millesimo trigesimo primo, Indictione decima quarta, septuagenarius, anno ex quo ex Italia in Franciam advenerat, quadragesimo, migravit ad Dominum. Guilhelmus quadraginta circiter Monasteriorum Rector fuit, in quibus plus quam mille ducenti monachi degebant, quibus omnibus persuasissimum erat, sibi, quamdiu acceptam ab eo disciplinam servarent, in hoc mundo nihil timendum, nihil unquam defuturum. Inter hæc Monasteria non ultimo loco ponendum est

p. 346. * Yvrée. Fructuariense in Diocesi Epporedienfi

ab

ab ipso & Fratribus ejus de suo patrimonio fundatum, cujus privilegia in Concilio plus quam quadraginta Episcoporum, Romæ tertia Januarii anno millesimo decimo quinto, celebrato, a Benedicto VIII. Papa confirmari petiit. Guilielmus Abbas magnum informavit Discipulorum numerum, complures Abbates & Episcopi Itali, Ecclesiis suis relictis, se ejus Disciplinæ submiserunt, & complures ex ejus Tyrocinio ad Munus Abbatiale vel Episcopale obeundum evocati.

Sæculum XI.
A.C. 1031.

tom. 9. Conc.

p. 834.

Sæc. 6. Ben.

p. 340.

§. XXII.

Roberti Regis obitus. Henricus Rex.

Eodem anno millesimo trigesimo primo Robertus Rex ex Burgundia reversus totam Quadragesimam peregrinando consumpsit. Quippe postquam limina S. Stephani Biturigis, S. Majoli, S. Juliani in civitate Brivatenſi, S. Antonini, S. Geraldii Auriliaci, aliaque loca pia adiisset, Biturigas in Dominica Palmarum remeavit, atque inde Aurelianum, Festum Resurrectionis celebraturus. In itinere larga dona Ecclesiis, & copiosas elemosynas pauperibus contulit. Quin & complures agrotos, signum crucis super eos formans, sanitati restituisse dicitur. Tandem obiit Meloduni die Martis vigesima Julii, sexagenarius, postquam a morte parentis annos triginta tres regnasset.

Cor-

Helgald. p.
76.

Sæculum XI. Corpus Parisios delatum, & ad S. Dionysium sepultum sine omni cultu aut Epitaphio. Nam effigies lapidea, quæ hodie ibi visitur, post plura exinde elapsa sæcula apposta est. Henricus Roberti filius ante quadriennium in Regem unctus annis viginti novem post obitum Patris regnavit.

§. XXIII.

Concilium Bituricense.

Gaufelino Archiepiscopo Bituricensi, anno superiore millesimo trigesimo, postquam Sedem hanc annis septendecim tenuisset, fatis functo, & Aimone de gente Dynastarum Burboniorum ipsius Hereditatem obtinente, Concilium primo. 9. p. 864. Novembris anno millesimo trigesimo primo celebratum, cui cum Archiepiscopo interfuere Stephanus Episcopus Aniciensis*, Renco Claromontanus, Raimundus Mimatensis, Æmilius Albigenfis, & Deusdedit Cadurcensis. Superfunt nobis hujus Concilii viginti quinque Canones. In primo præcipitur, ut per omnes Ecclesias his Episcopis subjectas S. Martialis Doctoris Aquitaniæ Nomen non amplius inter Confessores, sed inter Apostolos proponatur, sicut a Romana Sede & a pluribus antiquis Patribus definitum esset. Namque Joannes Papa XIX. miserat de hac re Epistolam ad omnes Episcopos,

* in Actis Vastanensis.

pos, Abbates, aliosque Fideles Galliæ omnes directam, quæ in hac Synodo lecta est. Abhinc biennio, scilicet anno millesimo vigesimo nono simile Decretum pro Apostolatu S. Martialis in Concilio Lemovicensi editum fuerat, & Jordanus illius Sedis Episcopus sub anathematis poena prohibuerat, ne quis in sua Diœcesi hanc quæstionem amplius moveret.

Sæculum XI.
A.C. 1031.

tom. 9. Conc.
p. 687.

In Concilio autem Bituricensi sequentia etiam fuere statuta. Filii illegitimi, præsertim Presbyterorum, aliorumque Clericorum ad Ordines suscipiendos non admittantur, & si in aliquo Ordine sint, ad altiorem non promoveantur. Nullus Servus vel Libertus Clericus fiat, nisi prius a Domino suo plena libertate donatus fuerit. Nemo in die Dominica vel plaustis vel equis vectigalibus ad res transferendas utatur, nisi id magna postulet necessitas. (*) Viri Sæculares ob Bona Ecclesiastica jus Feudi, quod Feudum *Presbyterale* vocant, in Presbyteros non possideant. In eodem Concilio de

c. 8.

c. 9.

c. 21.

com-

(*) Hujus Concilii Canon XX. ita sonat: *Ut nullus filiam Presbyteri, neque Diaconi, neque Subdiaconi, neque uxores eorum in conjugium accipiat, quia detestabile est. Nam & S. Gregorius dixit: Qui Presbyteram in conjugium duxerit, anathema sit. Att. Conc.*

Sæculum XI. compescendis privatis bellis, & pace fir-
A.C. 1031. manda actum.

§. XXIV.

Concilium Lemovicense. S. Martialis.

Feria V. decima octava ejusdem mensis
 Novembris anno 1031. Lemovici ce-
 lebratum est Concilium, cui, Aimone
 Archiepiscopo præsidente, interfuere
 Episcopi novem, videlicet illi quinque, qui
 in Concilio Bituricensi federant, & præ-
 terea Jordanus Lemovicensis, Isember-
 tus Pictaviensis, Arnaldus Petricoriensis,
 Roho Engulismensis. Jordanus Episco-
 pus primæ Sessioni initium dedit, con-
 questus, quod viri potentes Sæculares
 Ecclesiam quietam esse non sinerent, pau-
 peres affligerent, & pacis conditiones re-
 cipere recusarent. His auditis omnes
 Episcopi uno ore dixerunt; perturbato-
 res Ecclesiæ Anathematis censura dignos
 esse. Tunc Odolricus Monasterii S. Mar-
 tialis Lemovici Abbas, qui juxta Episco-
 pum sedebat, vestibus Sacerdotalibus or-
 natus, surgens in medio Episcoporum,
 ait: *Rogo te, venerabilis Episcope! ut
 priusquam de aliis rebus conferatur, Qua-
 stio de Apostolatu S. Martialis, nam pro-
 pter hanc causam ego & vos hoc Concilium
 congregari curavimus, decidatur.* Jor-
 danus Lemovicensis Episcopus addidit:
Cum ista veritas primum a Papa & de-
inde

inde in Concilio Bituricensi in capite bu- Sæculum XI.
jus mensis Novembris, me absente, celebra- A.C. 1030.
to approbata fuerit, ita etiam volo, ut
modo me præsente S. Martiali Apostola-
tus honor asseratur, & lis omnis in hoc
tertio Judicio tollatur.

Engelricus Canonicus Ecclesiæ Ani-
cienfis*, qui apprime eruditus habeba- * du Puy.
tur, exurgens dixit: Infinita indoctissi-
morum hominum multitudo negat, eum
esse Apostolum, quia non est unus ex duo-
decim. At S. Hieronymus affirmat, quod
omnes, qui Dominum in carne viderunt,
& ejus Evangelium postea prædicarunt,
fuerint Apostoli appellati, atque illi, quos Philipp. 2.
Apostoli ordinarunt, quales fuere Epa-
phroditus, Silas & Judas. Tum allatus
est in Concilium Commentarius S. Hie-
ronymi in Epistolam ad Galatas, & ver-
borum veritas explorata.

Azenarius deinde Abbas Masciacen-
sis & Floriacensis, qui Archiepiscopum
Bituricensem comitabatur, dixit, quod
in Palatio & in omnibus Franciæ Mona-
steriis S. Martialem semper inter Aposto-
los nominari audivisset, sed quod, acce-
pta a Roberto Rege hac Abbatia in Ter-
ritorio Bituricensi, ibi contrariam con-
suetudinem reperisset, quam mox ampu-
tasset. Cum enim, subjunxit, olim Jero-
solymam profectus fuisset, in Sabbato Pen-
tecostes audivi, quod Græci in suis Lita-
niis

Hist. Eccles. Tom. XIV.

R

niis

Sæculum XI. *niis S. Martialem inter Apostolos recita-*
 A.C. 1031. *rent.* His Odolricus Abbas S. Martialis

S. Martialis
 Apostolus.

Limovici adjecit: *Olim cum in Monaste-*
rio S. Benedicti in Francia, Magistro Sa-
pientissimo Abbone, artibus liberalibus im-
buerer, inveni, ibi vigere consuetudinem
S. Martialis nomen inter nomina Aposto-
lorum recitandi. Idem sub Gauselino ejus
Successore observabatur. Sed Rege Ro-
berto adhuc inter vivos agente, cum Hugo
Antecessor meus Parisiis in Regia versa-
retur, altercatio inter Francos & Lemovi-
censes hac de re exorta est, cui ego tunc
interfui. Dicebant isti: vos Franci male
S. Martialem Apostolorum ultimum no-
minatis, nos eum melius Confessorum pri-
imum recitamus. Gauselinus Archiepi-
scopus Francorum opinionem defende-
bat, dicens, oportere S. Martialem inter
Apostolos venerari, virum ex genere
 p. 873 *Abrahæ secundum carnem natum, SS.*
Petro & Stephano consanguinitate jun-
ctum, Domini Discipulum, a Petro ju-
bente Christo baptizatum, a Jesu Chri-
sto in die Ascensionis suæ ordinatum, &
ab eodem, postquam S. Spiritum cum
Apostolis in Die Pentecostes accepisset,
in Gallias missum. Hæc assertio Archi-
episcopi assensu Regis præsentis cetero-
rumque omnium approbata.

Hic perspicimus fundamentum Opi-
 nionis illorum, qui S. Martiali Apostola-
 tum

tum asserere volebant. Nimirum cir- Sæculum XI.
cumferebatur Historia ipsius vitæ, no- A.C. 1031.
men Aureliani ejus Discipuli præferens,
in qua omnia illa facta narrantur. Sed
ea Historia omnibus ante Sæculum de-
cimum ignota fuit, eademque hodie ab
omnibus eruditis apocrypha esse cogno-
scitur. Nihil de S. Martiali magis explo- Greg. I. hist.
ratum habemus, quam pauca, quæ Gre- Franc. c. 31.
gorius Turonensis de ipso literis manda- Glor. Conf.
vit; scilicet in Galliam cum S. Dionysio 27. Sup. lib.
aliisque primis Episcopis circa annum du- VI. c. 49.
centesimum quinquagesimum a Papa mis- Tilm. tom. 4.
sum, Episcopum Lemovicensem fuisse, 474.
Evangelium magno animarum Bono præ-
dicasse, tandem Confessorum numero fu-
isse adscriptum & honoratum. Conc. p. 874.

Interea Geraldus Abbas Monasterii
Solemiacensis in Synodo Lemovicensi
assurgens dixit: *Antiquissimi Codices pe-
nes nos sunt, qui testatum faciunt, Mar-
tiale Apostolum nominari; verum cre-
scente paulatim socordia virorum Eccle-
siasticorum in Confessorum seriem detru-
sus est a credentibus, ipsum magis honora-
ri, si primus Confessorum, quam ultimus
Apostolorum diceretur.* Eruditus quidam
Clericus Engolismensis inter alia dixit:
*Cum ante annos complures duo Monachi
de monte Sinai, docti & pii, quorum al-
ter Simeon, alter Cosmus vocabatur, ad nos
divertissent, quasi vi, an Orientales Chri-*

Sæculum X.
A.C. 1031.

stiani S. Martialem novissent. Responderunt ambo, scire se ipsum fuisse Apostolum, & ex septuaginta duobus Discipulis unum. Plures alii hac de re in

p. 878.

Concilio verba fecerunt, summatim antiquos Codices & antiquam traditionem, sed nullum tempus certum adducentes, & illis Actis S. Martialis innixi, de quorum auctoritate dubitare tunc nemini in mentem veniebat. Post longas de eadem materia disceptationes Aimò Archiepiscopus Bituricensis dixit: *Diebus ab-*

p. 887.

hinc quindecim jussimus in Concilio Bituricensi recitari Joannis Papæ Epistolam, ad omnes Episcopos Galliarum missam, quam omnes viri docti præsentés, atque etiam illud, quod vos modo statuistis, approbarunt. Tum Jordanus Episcopus Lemovicensis ea retulit, quæ in Concilio

p. 890.

anni 1029. acta fuerant, omnibusque in unam sententiam concedentibus, surgunt Episcopi Missam in Ecclesia S. Salvatoris, nam in Ecclesia Cathedrali S. Stephano Sacra congregati erant, celebraturi. Archiepiscopus Bituricensis, rogatus ab Episcopo Lemovicensi, Officium Divinum decantare cœpit, & post primam Orationem alteram de S. Martiali Apostolo adjecit.

§. XXV.

§. XXV.

Sæculum XI.
A.C. 1031.*Decretum de Pace.*

Evangelio perlecto Jordanus Episcopus in Grassatores & pacis publicæ perturbatores peroravit, Proceres omnes exhortans, ut altera die & tertia venirent ad Concilium, in quo de pace ageretur. Pacem servarent ad Concilium euntes, in ipsa commoratione, & post reditum septem diebus, quo temporis spatio sub nullo prætextu alter alterum invaderet. Postea Diaconus, qui Evangelium decantaverat, ab Episcopis jussus, & ipsorum nomine, Excommunicationis sententiam pronunciavit in Equites & Nobiles Diocesis Lemovicensis, qui modo detrectabant, aut prius jam detrectaverant, Episcopo suo, quod petebat, juramento (*) promittere, se pacem & justitiam servaturos. Hanc Excommunicationem diræ execrationes comitabantur, simulque ac Diaconus eas proferebat, Episcopi accensos cereos, quos ma-

R 3 nu

(*) Justum & æquum erat latrocinantes & jure Belli non gaudentes ab Episcopis excommunicari. Difficilior quæstio est, an potuerint ad jurandum compelli, quod in futurum abstinere vellent. Ceterum ex his apparet, quam parum auctoritatis & auxilii contra raptores in Regibus illa ætate fuerit.

Sæculum XI.
A.C. 1031.

nu tenebant, extinctos in terram projeciebant, horrescente populo, & acclamante: *Ita Deus extinguat gaudium illorum, qui pacem & justitiam oderunt!* Tum Jordanus Episcopus ad populum: *Similes Anathematismos in Concilio Bituricensi nuper protulimus, & Deum precamur, ut ita Lemovicensibus civibus pax dulcis redeat, sicut ad nos Biturigas reverta est.* Singuli Episcopi & postremus Archiepiscopus suo calculo dicta confirmarunt, edicentes, se eos ligare, quoscunque Episcopus Lemovicensis ligasset, & illis benedicere, quibuscunque ipse benedixisset. Tandem ubi Archiepiscopus, Missæ Solèmnia profecutus, ad fractionem Hostiæ pervenit, de more Benedictionem super populum pronunciavit, & formulæ nomen S. Martialis Apostoli inseruit.

Postera die, Feria VI. decima nona Novembris Episcopi ad secundam Synodi Sessionem conveniunt, in qua Archiepiscopus ea, quæ de S. Martiali statuta fuerant, confirmavit, etiam demonstrare conatus, quod potiore titulo Apostolus esset quam Episcopi Galliarum SS. Dionysius, Saturninus, Ursinus, Austremachus, Fronto Petricoriensis, Julianus Cenomanensis, quia ipse a Jesu Christo, & non ab alio, ordinatus & missus fuisset. Archiepiscopus jam illa die excommuni-

municationis fulmen contra illos, qui ^{Sæculum XI.} in posterum S. Martiali Apostolatum ab- ^{A.C. 1031.} rogarent, intorsisset, nisi Episcopus Lemovicensis rem differendam esse iudicasset.

Tum jubente Archiepiscopo Canones Concilii Bituricensis lecti, quos Episcopus Lemovicensis recepit, excepto secundo, præcipiente, ut Eucharistia singulis Dominicis renovaretur. Sed dixit, satis esse, si in spatio unius anni duodecies, nempe in Festis præcipuis, quorum unum in singulis ferme mensibus occurreret, consecraretur. Et addidit: *Quod spectat ad Monasteria Regularium, rem Abbatum arbitrio relinquimus, quia in Monasteriis omnia, ad Officium Altaris pertinentia, majore cura & nitore, quod meis oculis vidi, peraguntur.*

p. 897.

Tunc vero in medium allata est querela, quod Monasterio Bellilocensi in Diocesi Lemovicensi Clericus Sæcularis præfectus esset, qui patruo suo Nobilium virorum illius regionis potentia fretus successisset. Petebant ergo Monachi Abbatem Regularem sibi dari. Vocatur Abbas ille Sæcularis, qui coram Episcopis genua flectens & ipse rogavit, ut hunc abusum corrigerent; Episcopo vero Lemovicensi commissum, ut ante Festum Nativitatis Domini illi Monasterio Abbatem secundum Regulam constitueret.

R 4

Exin-

Sæculum XI.

A.C. 1031.

p. 900.

p. 902.

Exinde mota est Quæstio, an liceret monachis ex Monasterio, in quo tepide & laxè vivitur, transire ad aliud magis Regulare? & statutum, quod liceret, cum & ipse Abbas a monachis immorigeris discedere posset. Episcopus Lemovicensis testabatur, complura monasteria in sua Dicecesi reperire esse, quæ Regulam probe servarent; cujusmodi essent Monasterium S. Martialis, Sancti Martini & S. Augustini Lemovici, Cambonense, Solemniacense, & Usercense. Querebatur tamen de facto Abbatis Usercensis, qui accusabatur, Vicecomitem Albuciensem, excommunicatum, & cum latrocinaretur, ab iis qui sua defendebant, interfectum, in suo monasterio sepeliisse. Abbas Usercensis de hoc facto interrogatus, ad Episcopum Lemovicensem conversus respondit: *Domine, rei veritas ad aures tuas non pervenit; falsa tibi de me nunciata sunt. Absit a me, ut absque tua licentia excommunicatum suscipiam. Quanto enim sublimior est Ordo noster, tanto subjectior & promptior ad obediendum Episcopis sit. Idoneos testes habeo, quod Vicecomes, inter prædandum occisus, a militibus suis ad nostrum cænobium me ignorante deportatus sit. Ejus corpus neque suscepimus, neque sepelivimus, sed retro ultra aquam deportari jussimus sine ullo officio Sacro,*
 &

Et, nullo Clericorum præsente, illud Va- Sæculum XI.
salli sepelierunt. A.C. 1031.

His ita compositis, Episcopus Cadurcensis eventum insolitum cœpit narrare in hunc modum: Nuperrime post Concilium Bituricense quidam Eques excommunicatus in nostra Diœcesi interfectus est, quem ego rogantibus licet amicis & propinquis ejus nullatenus absolvere volui, ut ceteris terror incuteretur. Itaque me non jubente, & sine Sacerdotis obsequio in quadam Ecclesia a militibus suis terræ mandatus est. Ubi vero illuxit, corpus ejus, nudum, & procul a cæmeterio in terram projectum inventum est, tumulo intacto; quem ubi milites iterum aperuere, sola lintheamina, quibus involutum fuerat, conspexerunt. Rursus cadaver ibidem sepeliunt, & diligenter tumulum sub enormi pondere terræ & lapidum claudunt. Sed ecce, altera die iterum tumulum integrum, & projectum cadaver, ut die præterita, reperiunt; quod cum quinquies sepeliissent, quinquies iterum erutum obstupuerunt. Tandem attoniti procul a cæmeterio Ecclesiæ corpus terra obruunt. Quo factò Principes militiæ, terrore perculsi, ut optabamus, pacem nobis jurare non amplius distulerunt.

Concilium
Lemovicen-
se II.

Cadurcensi Episcopo silente Odolricus, Abbas S. Martialis, ad Episcopos: Si principes militiæ in Territorio Lemo-

R 5

vicensi

Sæculum XI. *vicensi mandatis vestris non obtemperave-*
A.C. 1031. *runt, quid facietis?* Tum Episcopis ro-

gantibus, ut consilium suggereret, ait:
Ligate omnem terram Lemovicensem pu-
blica Excommunicatione. Nemo Ritu Ec-
clesiastico sepeliatur, nisi Clericus, pauper
mendicans, peregrinus & advena, & in-
fans a bimatu & infra. Divinum Offi-
cium in omnibus Ecclesiis occulte agatur.
Sed Baptismus petentibus tribuatur. Cir-
ca horam tertiam signa sonent in Ecclesiis
omnibus, & Fideles proni in faciem orent
ad impetrandam pacem. Pœnitentia ()*
& Viaticum in Articulo mortis conceda-
tur. Altaria per omnes Ecclesias, sicut
in Parasceve nudentur. Cruces & orna-
menta sicut in Parasceve in signum luctus
& tristitiæ abscondantur. Ad Missas tan-
tum, quas unusquisque Sacerdotum januis
Ecclesiarum clausis peragat, Altaria in-
duantur, & iterum post Missas nudentur.
Nemo tempore bujus Excommunicationis
uxorem ducat. Nemo alterum dato oscu-
lo salutet. Nemo carnem comedat, aut
alios cibos, nisi quibus in Quadragesimo
vesci licitum est. Nemo sibi pilos radat,
usque dum Principes mandatis Concilii obe-
diant.

Quæsi-

(*) Nempe Absolutio a peccatis. Quanta
 enim pœnitentia jam jam morituro injungi por-
 est?

Quæsitum deinde, utrum uni aut duo-
 bus Primoribus, si obedierint, aliis in
 peccato perseverantibus, Episcopus igno-
 scere debeat? & responsum, quod etiam
 unicum recipere oporteret, quia pœni-
 tens nullo non tempore recipi deberet.
 Et statutum, ut ejus Ditio ab Excommu-
 nicatione liberaretur, reliquis sub Inter-
 dicto remanentibus. Quod si omnes
 ferme Procere Lemovicenses conversi
 in pacem consenserint, pauci contuma-
 ces a Communione Corporis & Sangui-
 nis Domini Nostri arceantur, Ecclesiam
 non intrent, cum Christianis nec come-
 dant, nec bibant, nec iter faciant. Ve-
 stimentis lineis non utantur, carne non
 vescantur, non bibant vinum, non ton-
 deantur, si ægrotent, nullus Clericorum
 eos invisat, & si moriantur, in illo loco
 relinquuntur, nemo cadaver vel ligno
 vel petra contegat, nullus aliquid de Bo-
 nis eorum accipiat, ut oret pro anima-
 bus eorum. Si quis Episcopus flecti se
 passus fuerit, & Concilii Decreta viola-
 verit, ipsi Sacris interdicatur, quamdiu
 Episcopis visum fuerit.

Præterea mota est in Concilio quere-
 la, quod in Monasterio S. Martialis tem-
 pore Paschali & in Pentecoste Baptismus
 conferretur, & Servi a Dominis libertate
 donarentur. Nam Clerici Ecclesiæ Ca-
 thedralis dicebant, ea solum in sua Ec-
 clesia

Sæculum XI.
 A.C. 1031.

Sæculum XI. A.C. 1031. p. 905. clesia administrari debere. Sed responsum, id fieri ex veteri S. Martialis & quorundam aliorum monasteriorum privilegio, ita tamen, ut ibi Baptizati eadem die ad Episcopum & Ecclesiam Cathedrallem deducerentur, Confirmationem recepturi. De Servis responsum, hos de more in quacunque Ecclesia manumitti posse.

p. 907. Item statutum; non solum in Sede Episcopali, sed etiam in omnibus Ecclesiis Verbum Dei esse prædicandum, si modo Ecclesiastes, sive Clericus esset, sive Monachus, saltem Ordine Lectorum esset initiatus. Porro Oratores ab Episcopo & jussu & precibus excitandos esse ad dicendum, quia pauci essent in Vineâ Domini Operarii. Præterea decretum, virum paricidio pollutum, si deinde monachum induisset, ad Ordines admitti non posse. Tum exemplum cujusdam privati adductum, qui postquam Stephanum Episcopum Claromontanum occidisset, Cluniaci Monachum professus fuerat, poenitentiam acturus. Odilo Abbas, cum eum judicaret idoneum, cupiebat ipsum Ordinibus initiari, & consulit Papam, qui respondit: *Nulla ratione fieri potest, ut vir iste ad quemcunque Ordinem promoveatur, cum nec ei liceat oblationem in manus Presbyterorum tradere,*
nec

nec communicare, nisi per modum Viatici in extrema mortis hora.

Sæculum XI.
A.C. 1031.

§. XXVI.

Absolutio Papæ.

Tandem in eodem Concilio non nemo conquerebatur, quod Excommunicati sæpe pœnitentiam & absolutionem, suis Episcopis id ignorantibus, a Romano Papa obtinerent, & hac de causa pax destrueretur, nec non Concilii Decreta effectu carerent, dum quos Episcopi iuste ligarent, ille injuste solveret. Ad hæc Engelricus Canonicus Aniciensis verba fecit in hunc modum: *Aliquot abhinc annis Stephanus Episcopus Claromontanus Pontium Comitem Arvernensem, quod dimissa legitima uxore aliam accepisset, excommunicavit, quem cum nulla ratione vellet absolvere, nisi prius errorem emendasset, Comes Romæ absolutionem a Papa obtinuit, nesciente, quod esset excommunicatus. (*)* Episcopo deinde per literas conquerenti rescripsit Papa: *Quod nesciens*
egi,

p. 908.

(*) Non satis clare hæc in ipsis Actis narratur. Nam Comes ab Excommunicatione absolutus non est, cum eam Papa ignoraverit; sed hoc ita videtur accipiendum, quod Comes ille, causa sua Romæ subreptitie vel obreptitie proposita, licentiam impetraverit, secundam mulierem
tanquam

Sæculum XI. A.C. 1031. *egi, Frater carissime, non mea sed tua est culpa. Cur enim per literas me non monuisti, priusquam hic reus Romam pervenisset? ipso sane rejecto, sententiam Excommunicationis confirmassem. Propterea quippe omnibus Consacerdotibus meis, quod nullatenus ipsis adversari velim, sed potius eos adjuvare & consolari. Absit enim Schisma a me & a Coepiscopis meis. Itaque illam absolutionem subreptitæ impetratam nullam declaro, de qua reus nihil nisi maledictionem speret, quoad, si iuste satisfecerit, tu ipsum absolveris.*

p. 509.

Episcopi, collaudato factō Pontificis, dixerunt: *A Pontifice Romano, ceterisque Patribus cautum tenemus, quod, si Episcopus Diæcesano suo pœnitentiam injunxerit, eumque postea miserit ad Papam, judicaturum, an pœnitentia sit delicto congrua, eam Papæ auctoritas confirmare, minuere, vel augere possit. Ita etiam, si Episcopus mittat ad Papam Diæcesanum suum cum testibus literis ab eo pœnitentiam accepturum, ut multoties pro gravissimis peccatis fieri amat, potest talis peccator remedium a Papa sumere; sed inconsulto*

tanquam uxorem retinendi. Ceterum cum dicat Engelricus, id ante aliquot annos contigisse, & Concilium anno 1031. celebratum sit, Joannis Papæ septimo, conjectura est eundem hujus Rescripti Auctorem extitisse.

consulto Episcopo suo penitentiam & ab- Sæculum XI.
solutionem a Papa accipere nemini licet. ()* A.C. 1031.
 Cetera Acta hujus Concilii Lemovicen-
 sis desiderantur.

§. XXVII.

S. Simeon Trevirensis.

Simeon Monachus, cujus testimonium *Sup. §. 24.*
 de fide Orientalium circa Apostolatū
 S. Martialis in Concilio Lemovicensi pro-
 ductum, (**) inter illustriores Viros San-
 ctos hujus Sæculi locum meruit. Is Sy- *vit. Sæc. 6.*
 racusis in Sicilia ex parentibus Græcis & *Ben. p. 372.*
 nobilissimis natus & Christianis moribus *Boll. I. Jun.*
to. 19. p. 87.
 educatus, septennis a patre Constantino-
 polim perducitur, ibique sapientissimis
 Magistris erudiendus traditur. Crescen-
 te ætate, cum exemplum Occidentalium,
 Jerosolymam petentium, præ oculis ha-
 beret,

(*) Ex his dicta in Nota ad Num. 7. confir-
 mantur, atque studiosus Historiæ Ecclesiasticæ
 Lector ex iis, quæ in Conciliis tam universali-
 bus quam provincialibus dicta & acta fuerunt,
 quid de potestate & infallibilitate Romani Pon-
 tificis, & de Forma Regiminis Ecclesiastici tota
 Ecclesia semper senserit, longe melius cognosceret,
 quam ex argumentis, quæ vel præjudicium, vel
 proprii ingenii fecunditas produxit.

(**) Traditio Orientalium, si satis probata
 esset, inter cetera argumenta pro Apostolatu
 S. Martialis esset optimum.

Sæculum XI. beret, desiderium subiit, ad eam civita-
A.C. 1031. tem commeandi. Igitur postquam Lo-
 ca Redemptionis nostræ lustrasset, in Pa-
 læstina remansit, & septem annis pere-
 grinantibus Christianis ignotarum via-
 rum Ducem se præbuit, Virum Sanctum
 nomine Hilarium pii operis socium ha-
 bens. Postea vero cuidam Anachoreta,
 in turri ad Jordanem nobilem amnem
 posita habitanti se junxit. Quadam die
 Simeonem juvenili levitate per fenestram
 feminas, quæ camelos bibendi causa ad
 fluvium deduxerant, licentius conspi-
 cientem Anachoreta, in cella superiore
 existens, ad se vocat, & licet eum non
 vidisset, exprobrat, quid fecisset, quin
 etiam, quid cogitasset. Tum adjecit:
*Quid prodest tibi, fili mi, hæreditatem
 patris tui abjecisse, si desideria hujus Sæ-
 culi non amputas, & carnis illecebris ca-
 piaris?* cumque videret vultum juvenis
 rubore suffundi, dixit: *Noli despondere
 animum, fili mi, spem optimam per Dei
 gratiam de te concepi. Tuum est in hostem
 humani generis pugnare, & Dei Optimi
 Maximi auxilia ad vincendum tibi tribue-
 re. Quem rogo, ut tibi mercedem bonam
 reddat pro obsequiis per hos annos mibi
 præstitis; ego vero populi confluentis fre-
 quentiam diutius ferre non possum. Recedo.*
 Nec mora, Simeonis oculis se subducens,
 alio migravit.

Simeon

Simeon magno desiderio tenebatur, Sæculum XI.
A.C. 1031.
vivendi more Anachoretarum, & quia a
Magistris & exemplo Sanctorum Patrum
didicerat, initium ducendum esse a ty-
rocinio in Congregatione Fratrum sub-
eundo, Bethlehemum se contulit, & in
Cœnobio Sanctæ Mariæ monachum in-
duit, ubi biennio versatus Ministerio Dia-
coni functus est. Exinde ad Monasterium
ad radices montis *Sinai* perrexit, in quo
postquam aliquot annos commoratus fu-
isset, accepta ab illius loci Abbate licen-
tia angustum specum, in littore maris
rubri situm, pro cella sibi delegit, ubi an-
nos prope duos solus perseveravit. Ve-
rum cum a multitudine hominum illud
mare navigantium, & ad ipsum invisen-
tium, fatigaretur, in monasterium re-
versus, ad alterum monasterium in ver-
tice montis positum, atque ob incursum
Arabum desertum, reparandum mitti-
tur.

Interim aliquot Fratres in Occiden-
tem missi fuerant ad peragenda monaste-
rii negotia, scilicet, recipiendam pecu-
niam, quam ipsis Richardus II. Dux Nor-
manniæ largiebatur; quippe piissimus
Princeps pretiosa dona Ecclesiis, in omni-
bus ferme orbis partibus, offerebat. Ec-
clesiæ S. Sepulchri Jerosolymæ centum
auri libras dono misit, ut nihil dicamus
de ejusdem munificentia, qua cunctos
Hist. Eccles. Tom. XIV. *Glab. lib. I.
c. 5.*

S Jero-

Sæculum XI. Jerosolymam proficiscentes donis cumu-
 A.C. 1031. lare solebat. Tandem singulis annis mo-
 Simeon in nachi aliquot montis Sinai Rothomagum
 Francia. adveniebant, ad recipiendam eleemosy-
 nam a Richardo Duce sibi concessam, at-
 que magna auri argentique vi onusti re-
 cedebant. Illis vero, qui illo anno ad
 recipiendum istum censum missi fuerant,
 in via vita functis, Dux pecuniam serva-
 vit, & per nuncios significari jussit, mit-
 tendum esse ad se exploratæ fidei mona-
 chum, qui eam acciperet. Ergo com-
 muni omnium judicio Simeon hoc iter
 suscipere jubetur, qui repugnante licet
 animo obediit. Id vero sine dubio ad
 eum eligendum ceteros impulit, quod
 linguas quinque, videlicet Ægyptiacam,
 Syriacam, Arabicam, Græcam, & Lati-
 nam calleret.

Simeon itaque Ægyptum petiit, cum-
 que in navigio cujusdam mercatoris Ve-
 neti secundo Nilo veheretur, occurre-
 runt piratæ, qui ceteros omnes trucidarunt,
 solo Simeone excepto. Is enim,
 librato in flumen corpore, nando strenue
 Barbarorum crudelitatem effugit. Tum
 ubi terrestri itinere non sine multis pe-
 riculis Antiochiam pervenit, a Christianis
 magna charitate exceptus, brevi tem-
 pore illius Regionis Optimatibus, & ipsi
 Patriarchæ carissimus fuit. Cum ibi Ri-
 chardum, Abbatem S. Vitoni in civitate
 Virdu.

Virdunensi, habuisset Jerosolymam proficiscentem, non solum ei teneræ amicitiae vinculo junctus est, sed etiam Patris loco coluit. Exinde vero Simeon ex Antiochena civitate itineris socium, monachum nomine Cosmum, accepit, quocum in Franciam perveniens, humanissime exceptus est a quodam Comite Guilielmo, qui Dux Aquitaniae fuisse creditur. Postquam aliquamdiu apud hunc Principem Simeon fuisset diversatus, mortem oppetiit Cosmus. Hinc ille solus Rothomagum commeavit; ubi, comperto, quod Richardus Dux e vita migrasset, neminem habuit, qui de censu vel eleemosina monasterio Sinaitano destinata quidquam certi responderet. Rothomagi Simeone in ædibus cujusdam Comitis, nomine Gosselini, diversante, is ipso auctore in monte urbi Rothomagensi proximo, in honorem SS. Trinitatis, monasterium ædificavit, ibique Simeon S. Catharinae Reliquias, quas iter faciens portabat, deposuit. Tunc ergo ista Ecclesia a Sancta Virgine non solum nomen accepit, sed etiam ex illo tempore S. Catharina in Francia coli coepit. Ceterum Richardo II. Duce Normanniae anno millesimo vigesimo octavo decedenti Robertus II. Frater successit.

Simeon spe sua frustratus recipiendæ pecuniam, quæ itineris longi causa fuerat,

Sæculum XI.
A.C. 1031.

Sup. lib.
LVIII.

§. 57.

Chr. Virdu.
p. 182.

vit. n. 10.

S 2

rat,

Sæculum XI. A.C. 1031. rat, Vir dunum ad Richardum Abbatem se contulit, diuque apud eum commoratus est. Quo tempore cum Poppo Archiepiscopus Trevirensis pietatis causa Jerosolymam peregrinari statuisset, Simeonem itineris Socium accepit, & inde reversus eidem sedem in sua Diœcesi, ubicunque eam elegisset, obtulit. Illi placuit Cellula in quadam turri, prope portam Civitatis Trevirensis extructa, cui Archiepiscopus præsentibus Clericis populoque in Festo S. Andreæ anno millesimo vigesimo octavo solemni ritu volentem inclusit. In illa cellula Simeon, annis ferme septem exactis, Sanctam mortem obiit.

§. XXVIII.

Pacis publicæ consilia agitantur.

In duobus Conciliis Bituricensi & Lemovicensi, anno 1031. celebratis, de Pace, quam Episcopi in Francia stabilire cupiebant, sæpe mentio recurrit. Quod ut clarius intelligatur, in memoriam revocandum est, ab annis prope ducentis, nempe Ludovici Pii, lenissimi Principis, regno supremam Regum auctoritatem apud plerosque in toto Imperio, id est, in Francia, in Germania, in Italia viluisse. Cum enim singuli Principes, quorum ingens erat numerus, jus armorum sibi vindicarent, bellis & latrociniis cunctæ

Regio.

Regiones vastabantur. Jamque tantum ^{Sæculum XI.} malum non crimen, sed iusta consuetudo ^{A.C. 1031.} esse credebatur. Præ ceteris vexabantur mercatores, artifices, agricolæ & homines de plebe, nemo vero magis quam monachi & Clerici, quibus Sacrum vitæ Institutum arma armis repellere prohibebat.

Jam diu huic malo non Religioni Christianæ modo, sed etiam Societati civili tantopere adverso quærebatur remedium; namque regnante Carolo Calvo plurima quidem decreta in Conciliis & Comitibus Principum contra raptores, pauperum oppressores, Bonorum Deo consecratorum invasores edita vidimus; sed optimæ Leges non servabantur, nec ante Roberti Regis tempora efficaciori severitate, præsertim in Aquitania, perniciosam licentiam repressam fuisse legimus. Prima hujusmodi Constitutio, in ^{tom. 9. Conc.} Synodo Helenensi in Comitatu Ruscio- ^{p. 1149.} nensi & Diœcesi Helenensi anno 1027. 16. Maji celebrata, occurrit.

Huic Synodo Oliba Episcopus Ausonensis, quæ civitas hodie *Vic* in Catalonia vulgo dicitur, vicem gerens Episcopi Helenensis, tunc temporis in transmarinis partibus peregrini, Archipresbytero, Archidiacono, ceteris Canonicis populoque præsentibus præfuit. Primo Statuta ab his duobus Episcopis condita,

Marca concord. IV. c. 14. p. 435.

Sæculum XI. & male observata, confirmata sunt. Tum
A.C. 1031. decretum, ne quis in toto Comitatu Ru-
 scinonensi ab hora nona Sabbati usque
 ad horam primam die Lunæ inimicum
 suum invaderet, ut sic honor debitus diei
 Dominicæ haberetur. Nemo ullo modo
 monachum aut Clericum inermem, iter
 facientem, vel quemquam ad Ecclesiam
 euntem vel inde revertentem, vel cum
 mulieribus peregrinantem, aggrediatur.
 Nemo Ecclesiam, & domos in circuitu a
 triginta passibus positas violare audeat.
 Rei excommunicatione feriuntur, cui
 post tres menses, nisi resipuerint, Anathe-
 ma additur. Illo autem trium mensium
 spatio preces publicæ pro conversione
 Excommunicatorum persolvantur.

tom. 9. Conc. Glaber monachus, Scriptor coævus,
 p. 910. memorat, anno circiter 1030. diram fa-
 Glab. IV. mem, tempestatis iniquitate exortam,
 hist. c. 4. tam horrendum in modum mortales af-
 flexisse, ut non nulli in Francia flammis
 publice traditi fuerint, quod, immani ra-
 bie acti, carnes humanas devorassent.
 Cum sepeliendis mortuis vivi non am-
 plius sufficerent, quidam magna chari-
 tate Christiani ossuaria extrui jusserunt,
 quo defunctorum corpora saltem pro-
 miscue conjicerentur. Ad sublevandam
 calamitatem publicam, venumdata sunt
 Ecclesiarum ornamenta, & secundum
 Decreta Patrum, thesauri exhausti. An-
 nis

nis tribus grassata est lues; sed prava ^{Sæculum XI.}
homines ad conversionem non impulit, ^{A.C. 1031.}
quin plerique eo contumaciores & pejo-
res effecti.

Sterilitatem magna fructuum uber-
tas secuta est. Quare Episcopi & Abba-
tes in Aquitania Concilia celebrare cœ-
perunt, & præceptum, ut etiam Episco-
pi in Provincia Arelatensi, Lugdunensi,
in toto Burgundiæ Regno, atque in ulti-
mis finibus Franciæ Synodice congrega-
rentur. Vocati sunt etiam Proceres, ut
cum Episcopis de his, quæ ad quietem
publicam spectabant, deliberarent. Po-
pulus vero maximam lætitiā professus
undique confluit. Summi infimique
Episcoporum mandata avidi expecta-
bant, tanquam si Cœlum imperaret, ob-
temperaturi, duræ calamitatis, quam tu-
lerant, memores. Itaque aliquot Arti-
culi conditi, in quibus non solum flagi-
tia, a quibus Fideles caverent, sed etiam
pia opera, quibus Deum placarent, ad-
notabantur. In præcipuo Articulo age-
batur de pace publica, quam homines
utriusque conditionis, nempe tam libe-
ræ quam Servilis, custodirent. Cuncti
sine armis & sine metu missis jurgiis iter
facerent.

Glaber his addit, statutum fuisse, ut
ii, qui Bona aliena vel diriperent, vel
possiderent, juxta Leges prius editas

Sæculum XI. multa pecuniaria coercerentur, & qui
A.C. 1031. non haberent in ære, in cute luerent.

Item, Ecclesias certum asylum esse oportere omnibus ad eas confugientibus, cuius
 Pax publica. juscunque demum flagitii reis, illis solis exceptis, qui hanc sancitam pacem violassent; hos enim ex ipso Sacrario, etiam si brachiis Altare complecterentur, abstrahi debere. Monachos, Clericos & Sanctimoniales, viæ Duces, easque comitantes, nemo insectari auderet. Præterea præceptum, ut singulis Septimanis Feria VI. a vino, & in Sabbato ab elu carnis omnes abstinerent, nisi gravis morbus, aut Festum Solemne in illos dies incidens prohiberet. Si qui morbi causa ab hujus abstinentiæ lege eximerentur, illis diebus tres pauperes alerent. Tandem decretum, ut singulis quinquenniis ad hanc pacem firmandam conventus agerentur.

Baldericus Episcopus Noviodunensis, qui Sæculo sequente jam inchoato e vis abiit, in suo Chronico addit, quemdam Episcopum in Francia affirmasse, redditas sibi fuisse de Cœlo epistolas, quibus de pace in terra renovanda mortales monerentur. Hæc mandata ab ipso ceteris Episcopis fuisse communicata, simulque tradita præcepta, populis denuncianda, quæ erant hujusmodi: Nemo, sive ad repetendas res, vi sibi ablatas, sive ad vindicandas

Bald. Chron.
Camerac. lib.
III. c. 52.
Sigeb. Chronogr. an.
 1031.

vindictam ob occisum propinquum suum
 fumendam, armis uteretur, sed latronibus
 ignosceret. Singulis Feriis sextis cuncti in
 pane & aqua jejunarent, & in Sabbatis
 a carnibus abstinerent. Ceterum, idem
 Episcopus dicebat, hoc jejunium ad ob-
 tinendam remissionem omnium pecca-
 torum, sine omni alia poenitentia suffe-
 cturum. Hæc omnia juramento promit-
 tere poenitentes debere, & recusantes a
 Fidelium cœtu per gladium excommuni-
 cationis separandos esse, quos nemo in
 periculo mortis constitutos inviseret, nec
 mortuos sepeliret. Subjungit Auctor,
 plura alia tunc fuisse constituta, intole-
 rabilia, & quæ sine fastidio ne quidem
 recenseri possint.

§. XXIX.

Gerardi Cameracensis Monita.

Multi has Constitutiones receperunt,
 rei novitate magis quam æquitate
 capti; at Gerardus, Episcopus Camera-
 censis, unicus in Regno Lotharingiæ
 Francorum Regibus subiectus, nempe
 Ecclesiæ Remensis Suffraganeus, nullo
 modo eo adduci potuit, ut ista Decreta
 reciperet. Dicebat; Genus Humanum
 in rerum exordio divisum fuisse in tres
 classes, orantium, militantium, & agros
 excolentium, atque singulas mortalium
 conditiones duabus ceteris, & duas ce-

S 5

teras

Sæculum XI.
A. C. 1031

Sæculum XI.
A.C. 1031.

teras tertia indigere. *Itaque aliqui, in-*
quiebat, arma tractent, quia quæ vi ra-
pta fuere, vi repetenda sunt. Non est ad
iracundiam provocandus, qui paricidam
consanguinei sui persequitur, nec vi com-
pellendus, ut quiescat, priusquam ei fuerit
satisfactum, sed juxta præceptum Evan-
gelii latroni reconciliandus. Neutiquam
omnibus hominibus jejunium Ferie sexta
& Sabbati injungendum, quia non omni-
bus æquales corporis vires sunt, nec di-
cendum, hoc jejunium pænitiæ loco
omnibus convenire, quia variis peccato-
ribus non eadem, sed varia pænitiæ re-
media congruunt. Nec expedit omnibus
promittere, se hæc opera impleturos, ne
perjurii periculo se exponant. Tandem
res horrore plena, homines excommunicare,
quod his constitutionibus subjici no-
lint, iisque ægrotantibus auxilium, atque
mortuis sepulturæ beneficium denegare.
Satis nobis sit, Decretis authenticis Pa-
trum obedire, & Legum contemptoribus
illas pænitiæ, quas ipsi præscripserunt,
inungere. ()* Huc usque Episcopi Ca-
meracensis Monita.

Balder. lib.
III. c. 27.

Aliquot abhinc annis duo Episcopi
ejusdem provinciæ, Beroldus Sueffio-
nensis & Guerinus Bellovacensis, cum
non sine dolore viderent, Roberti Regis
imbe-

(*) Monita omnino sapientissima.

imbecillitate toti Regno ruinam immi- Sæculum XI.
A.C. 1031.
nere, Leges & consuetudines patrias
contemni, & nullum Justitiæ parari præ-
sidium, se utilitati Reipublicæ servituros
crediderunt, si supra memoratas pacis
constitutiones, quod etiam Episcopi Bur-
gundiæ facturi erant, stabilirent. Hinc
consensum Gerardi Cameracensis quo-
que extorquere conabantur; sed ille, re
maturius pensata, eis suffragari noluit,
quod novo molimine Ecclesiam simul &
Regiam potestatem turbare putaret. *Re-
gum quippe est, ajebat, Seditiones suis
armis reprimere, bellorum calamitates a
populis auferre, pacem sancire. Episco-
porum vero, Reges monere, ut pro Salute
patriæ fortiter dimicent, & Deum ora-
re, ut Regibus concedat victoriam.* Ergo
ceteri Episcopi clam Gerardo subirati di-
cebant, virum esse pacis inimicum; &
randem suorum, præsertim Ledwini
Abbatis ad S. Vedastum Attrebat, item
alterius Abbatis, nomine Rotrici, im-
portunis fatigatus precibus, prope invitatus
consensit. Eventus autem docuit, quam
sapienter prius suasisset, a nemine exi-
gendum esse, ut promissionem servandi
hanc pacem juramento confirmaret;
plerique etenim, qui juraverant, teme-
re postea juramenti fidem fregerunt.

Sæculum XI
A.C. 1031.

§. XXX.

S. Bardo Archiepiscopus Moguntinus.

vit. Sæc. 6. In Germania Ariboni Archiepiscopo Mo-
Ben. 2. p. 6. guntino vita functo S. Bardo successit,
qui nobili genere ortus, & in Monasterio
Fuldensi sub Abbate Archambaldo, cui
postea Moguntinæ Ecclesiæ Infula obve-
nit, literis imbutus, ibidem Institutum
monasticum amplexus est. Cum Pasto-
rale S. Gregorii manibus continuo tere-
ret, Fratribus causam requirentibus sub-
ridens respondit: *Forsan aliquando Rex*
existet, simplex adeo, ut ceteris omnibus
Episcopatum suscipere recusantibus, id
muneris mihi daturus sit. Richardus
deinde Abbas Fuldensis, constructo no-
vo monasterio, prope monasterium ma-
jus sito, Bardonem præfecit. Cumque
Conradus Imperator Fuldam divertens,
etiam novellum monasterium videre vo-
lisset, occurrentem sibi Bardonem, fa-
ma jam prius notum, & Reginam conju-
gem suam affinitate contingentem, læ-
tissimus excepit, mox etiam amplexu
strinxit, eique Dignitatis Ecclesiasticæ
honorem, quamprimum nasceretur oc-
casio, promisit. Nec fidem fefellit, nam
post modicum temporis spatium, missio ad
Richardum Abbatem nuncio, Bardonem
ad se venire jussit, cui primo Abbatiam
Werthinensem prope Coloniam, &
postea

postea Herfeldensem etiam prope Fuldam ^{Sæculum XI.}
 contulit. Bardo ambas simul Dignita- ^{A.C. 1031.}
 te Abbatiali auctus rexit.

Aribo Archiepiscopus Moguntinus, ^{Chron. Sax.}
 anno millesimo trigesimo Paderbornæ ^{1032.}
 Festum Natalis Domini cum Imperatore
 celebrans, licentiam Romam proficiscen-
 di ab eo petiit; quo itinere anno sequen-
 te post Festum Purificationis suscepto, in
 reditu decima tertia Aprilis anno mille-
 simo trigesimo primo migravit e vita,
 postquam Sedem Moguntinam annis de-
 cem tenuisset. Baculo ejus pastorali
 ad Conradum Imperatorem delato, ipse
 suos ad consilium vocat de eligendo Suc-
 cessore deliberaturus. Postquam plures
 fuissent nominati, suggessit aliquis, Mo-
 nasterium Fuldense præter alia privilegia
 etiam illo gaudere, quod Archiepiscopi
 Moguntini saltem alternatim ex ejus gre-
 mio eligendi essent. Distulit Imperator
 electionem, atque, tabulis Monasterii in-
 spectis, omnino patuit, id juris huic Con-
 gregationi competere, & Imperatoris
 Antecessores ab hac Regula non disces-
 sisse. Illico spem certam concepit Ri-
 chardus Abbas Fuldensis, fore, ut hæc
 Dignitas sibi obtingeret, & rebus dome-
 sticis mature compositis iter ad Regiam
 direxit. At ecce, quadem die mane ad
 monachos itineris socios inquit: *Nolite
 lugere, Fratres, semper me Abbatem ha-
 bebitis.*

Sæculum XI. A.C. 1031. *bebitis. Vidi hac nocte Bardonem fratrem nostrum stantem in monte altissimo, quo ego ascendere nequibam, & pedum manu tenentem. Circa eum oves pascua carpebant, & sub ejus pedibus fons limpidissimus scaturiebat. Ipsum procul omni dubio ad Episcopale munus Cælum elegit. Supremæ Dei voluntati cedamus.*

Omnibus ad Electionem mense Junio in Vigilia S. Petri congregatis, dixit Rex, neminem nominans, nosse se virum Episcopatu dignissimum. Tum, Bardone ad se vocato, ait, se ipsi Ecclesiam Moguntinam juxta privilegia Monasterii Fuldenfis conferre. Itaque Bardo altera die vigesima nona Junii anno millesimo trigésimo primo annos natus circiter quinquaginta consecratur. Imperatore hoc anno Goslariæ Festa Natalitia Domini celebrante, Bardo adfuit, atque cum pro suæ Dignitatis prærogativa in Natali Domini Officium Divinum perageret, recitato Evangelio brevissime dixit ad populum. Multi vero sermonis simplicitate & brevitate offensi querebantur, monachum ad tantæ Dignitatis fastigium fuisse promotum; jamque Imperatorem poenitentia subibat, quod eum elegisset. Altera deinde die in Festo S. Stephani Theodoricus Episcopus Metensis inter Missæ Solemnia ad populum orationem habuit, S. Bardo. quam omnes laudarunt. *Hic vir est, in-*
quie-

quiebant, *quem eloquentia eximia Episcopali munere dignum facit.* In Festo S. Joannis ad Bardonem Clericorum aliquis mittitur, qui interrogaret, quis hac die Missam esset celebraturus. Et Archiepiscopus respondit, se ipsum celebraturum. Amici quidem de ejus fama solliciti a proposito eum dimovere conabantur, prætexentes, Archiepiscopum frequenter celebrando nimium quantum defatigari. At ipse illa die tam diserte, tam apte ad persuadendum peroravit, ut non solum omnes mirarentur, sed etiam erumpentes lacrymas cohibere non possent. Hunc quoque Sermonem Scriptor vitæ ipsius literis mandavit. Tum venientem, ut de more mensæ accumberet, conspiciens Imperator dixit: *Mibi hodie Natalis Domini est. Vicinus malevolorum invidiam,* eique priori aquam lavandis manibus præberi jussit. At Archiepiscopus nec illius diei laudibus, nec superioris contemptu motus, ad Diocesim suam, quam exinde annis viginti rexit, reversus est.

Hamburgi Libentius II. Archiepiscopus vigesima quinta Augusti anno millesimo trigesimo secundo obiit, apud omnes ingens sui desiderium relinquens. Successorem habuit Hermannum Capituli Halberstadiensis Præpositum, qui Baculo pastoralis a Conrado Imperatore,

&

Sæculum XI.
A C. 1031.

Adam. I. III.
c. 50.

Sæculum XI. & Pallio a Benedicto IX. Papa accepto
A.C. 1032. in Cathedra Hamburgensi annis ferme
 tribus sedit. Vir simplex, requisita pru-
 dentia destitutus, & pravis Domestico-
 rum consiliis obsequens, officio Pastoris
 segniter fungebatur. Semel tantum
 Hamburgum veniens tot famulos, comi-
 tes, hominesque omnis disciplinæ impa-
 tientes illuc deduxit, ut speciem hostilis
 exercitus referrent. Inter alios Herman-
 ni Capellanos fuit Suidgerus, postea ac-
 cepto Clementis II. nomine Papa.

§. XXXI.

*Joannis XIX. obitus. Benedictus IX.
 Papa.*

Glab. IV. Agebatur annus a partu Virginis mille-
 6. 9. simus trigesimus tertius, cum vigesi-
 ma nona Junii in Festo S. Petri die Ve-
 neris Sol Eclipsin admodum notabilem
 passus est, atque eadem die Romanorum
 præcipui contra Papam Joannem XIX.
 conjurati necem ei machinantur, cum-
 que facinus peragere non valerent, sal-
 tem Pontificem e Sacra Sede pellunt.
 At Conradus Imperator Romam cum
 exercitu perveniens, cunctis Rebellibus
 domitis Papam restituit. (*) Joanne Pa-
 pa

(*) Ex his observabit Lector, quantam cura-
 rum & negotiorum molem Romanorum seditio-
 nes

pa eodem anno octava Novembris, post-^{Sæculum XI.}
quam in Cathedra Petri sedisset no-^{A.C. 1033.}
vem annis & tribus mensibus, fatis fun-^{Papeb. co-}
cto, (*) ordinatus est Theophylactus,^{nat.}
ipſius nepos, Alberici Comitis Tuscula-
ni filius, duodecim circiter annorum
puer. Nempe eligentium suffragia mul-
to auro coempta. Is Benedictus IX. di-^{Glab. IV.}
ctus Sacram Sedem, quam infami vita^{c. 5. & V.}
foedavit, annis undecim tenuit. Simo-^{c. 5.}
nia vero annis viginti quinque Romæ
grassata est. (**)

§. XXXII.

nes & rixæ prope continuæ Germanis nostris Im-
peratoribus creaverint.

(*) Scripsit Fleurius de hoc Pontifice sup.
§. III. eum largitione pecuniæ ad Sedem Apo-
stolicam adrepsisse. Sed qui a Natalis Alexandri
Hist. Eccles. Notas adjecit, in Joanne XIX. dicit:
Franciscus Pagi in vita Joann. XIX. opinatur
ideo pervulgatum fuisse hunc Pontificem pecu-
niæ largitione sibi ad Pontificatum viam parasse,
quia exemplo ad ea usque tempora inaudito ex
Laico Pontifex creatus est. Animadvertit insu-
per, neque Glabrum, neque Hugonem Flavinia-
censem scripsisse, Joannem putasse adnuendum
Græcis expostulantibus Ecclesiam Constantino-
politana universalem appellari, sed tantum
Græcos ad id obtinendum Pontificem aliosque,
qui Curia præerant, non modicum tentasse.

(**) Das Vergerniß in der Römischen Kirche
war freylich groß, da man das lasterhafte Leben ei-
Hist. Eccles. Tom. XIV. T niger

Saeculum XI.
A.C. 1033.

§. XXXII.

S. Simeonis Trevirensis extrema.

Mabill. Sac.
6. Ben. p.
369.

Poppo Archiepiscopus Trevirensis ad
Benedictum Papam epistolam dedit
scriptam in hunc ferme modum: *Cum,*
accepta

niger Päbste, welche die grosse Gewalt der Toscana-
nischen Grafen, oder die *Simonie* auf den Stuhl
Petri erhoben, um noch grössers Unheil zu vermei-
den, ertragen mußte. Jedoch ist es darum den
Christlichen Gemeinden nicht zu Sinn gekommen,
sich von der Gemeinschaft der Römischen Kirche zu
trennen, weil sonst in keiner andern die sichtbaren
Zeichen der wahren Kirche Christi bemerkt wur-
den. Weil nun der Herr Kanzler Mosheim dieß
selbst eingestehet, und auf die Frage: Wo war Euer
Kirche vor Luther? keine nur erträgliche Antwort
geben kann, so getrauet er sich zu schreiben: War
unsere Kirche vor Luther nicht da, so war
doch unser Glaube da. Er stand in den Bü-
chern der Propheten und der Apostel. Und
meynet sich zu behelfen, wenn er saget: Hat es der
Herr erlaubt, daß dieser Glaube mit der
Schrift eine geraume Zeit ist vergraben wor-
den, und keine sichtbare Anhänger gehabt, so
hat er es sonder Streit aus gerechten und
heiligen Ursachen erlaubt. pag. 30. in der Vor-
rede zur Reher-Geschichte.

Ist nicht diese Art zu denken und zu schliessen,
den Worten Christi, der ewigen Wahrheit: Su-
per Cathedram Moyfi federunt Scribae & Pha-
risaei.

accepta ab Antecessore tuo licentia, Jero-
solyman profectus fuisset, interea impro-
bi homines in patria nostra prædas agere
cæperunt, ita ut necdum bodie tanta ne-
quitia

Sæculum XI.
 A.C. 1033.

Sup. S. 27.

T 2

risai. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis
 servate &c. Matth. XXIII. und Matth. XVI. Et
 portæ Inferi non prævalebunt adversus eam. ge-
 rad entgegen gesetzt? Viel klüger und christlicher
 haben die Rechtgläubigen durch alle Jahrhunderte
 bis auf Luthers Zeiten geschlossen, und schlossen
 wir Katholiken noch heut zu Tage: Sind Päbste
 herrschsüchtig, Simoniaci, und lasterhaft gewesen,
 so erinnern wir uns der Ermahnung und des Befehls
 Christi: Super Cathedram Moyfi &c. Sind die
 Mißbräuche in der Römischen Kirche vielfältig
 und groß, so muß man doch sich nicht einbilden,
 man hätte sich müssen von ihr trennen, sondern es
 hätte vielmehr jedermann nach seinem Stande und
 Obliegenheit sich bemühen sollen, solche abzuschaf-
 fen. Wie wir dessen zu unsern Zeiten ein herrli-
 ches Beyspiel haben an dem Hirten-Briefe, wel-
 chen der Herr Erzbischof von Wien Graf von
 Trautson an seine Geistlichen ergehen lassen. Im
 übrigen aber den zuversichtlichen Glauben zu den
 Worten Jesu Christi beybehalten: Et portæ Infe-
 ri non prævalebunt &c.

Wenn aber ein Protestant mit der Lehre selbst
 aufgezogen kömmt, und saget mit dem Herrn Mos-
 heim; der Lutherische Glaube wäre in den Büchern
 der Apostel und Propheten gestanden, wenn er schon
 keine sichtbare Anhänger eine geraume Zeit gehabt,
 so kann er eben so wohl ganz leicht abgefertiget
 wer-

Sæculum XI.
A.C. 1033.

tia satis reprimi possit. Sæpe Regem, Dominum meum, atque etiam Papam, datis literis supplex rogavi, ut mihi auxiliatricem manum porrigerent. Sed nihil impetravi. Itaque cupio, ut tua Paternitas ad me mittat virum spectatissimum & rebus

werden mit der Antwort, oder besser zu reden, mit der Frage: Wenn haben dann die Herren Protestanten einmal erwiesen, daß sie den Sinn und den Verstand der heiligen Schrift von der Gnade, vom Verdienst des Menschen, vom heiligen Sacrament des Altars 2c. besser begreifen ohne Zeugniß einer sichtbaren Kirche, als die Römisch-Katholischen mit dem Zeugniß der Römischen Kirche, welche allein nach dem Geständniß des Herrn Mosheim einige hundert Jahre sichtbar gewesen ist? Der Herr von Windheim, des Herrn von Mosheim Nachfolger und Herausgeber seines Kirchen-Rechtes, gründet sich auf die Schrift und auf die Vernunft. Das ist etwas scheinbares. Allein Arius und alle Ketzer haben sich eben so, wie der Herr Mosheim und Windheim auf die Schrift und Vernunft bezogen, * und hat doch weder einer noch der andere, wenn sie das Zeugniß der Römischen Kirche verwerfen, einen Vorzug aufzuweisen, warum man ihm mehr als dem Arius oder einem andern Irrlehrer glauben soll. Wahrhaftig, die Herren Protestanten würden leichter aus dem verwirrten Handel kommen, wenn sie schlechter dinges sagten, es hätte niemals Ketzer gegeben; sondern alle diejenigen wären Rechtgläubige gewesen, welche sich von der Römischen Kirche abgesondert.

* Einleitung
P. 9.

Sæculum XI.
A.C.1033.

bus gerendis aptum, qui mihi contra graſſatores præbeat auxilium, & in alia quadam re, quam Paternitatem tuam latere non puto, conſilium ſuggerat. Nam diebus iſtis ex hac luce migravit vir quidam vitæ Sanctitate conſpicuus, quem, ſi ſignis & virtutibus (multa enim per eum Dominus operatur) fidem habemus, cum Sanctis æternæ Beatitudinis conſortio frui nullatenus dubitamus. Quare a Clericis noſtris populoque inſtantiffime rogati, vitam ejus & miracula tibi mittimus. Si videatur, edito Decreto permittite, ut deſuncti nomen Sanctorum Catalogo inferatur, eique honores convenientes exhibeantur.

Sanctus hic Vir, Treviris nuper mortuus, nullus alius erat, quam Simeon Anachoreta, qui ex eo tempore, quo cellulæ ſuæ inclufus fuerat, multis tentationibus tum a Dæmonibus, tum ab hominibus vexatus fuerat. Nam cum aliquando tumentes plus ſolito fluvii, & ex ſuis alveis egreſſi adjacentibus agris calamitatem attuliſſent, cives ſingulis diebus incondito clamore ab Archiepiſcopo expoſtulabant, ut Simeonem ejiceret, putantes, ob ejus viri crimina occulta tantum malum a Cœlo immiſſum. Tandem ad ejus cellulam concurrunt inſani, lapides injiciunt, fenestram perfringunt. At Simeon intrepidus &

Sup. f. 27.

vit. n. 13.

T 3

Gra-

Sæculum XI. Gratias Deo agens pro ipsis Cœlum ex-
A.C. 1029. orabat.

Postquam supremum vitæ tempus si-
bi imminere intellexit, nemini amplius,
ne quidem fratri ipsi inservienti, loqui
voluit, sicque solus cum Deo prima die
Junii anno millesimo trigesimo quinto
animam efflavit. Multis ejus Sepul-
chrum claruit miraculis, quorum non
nulla Auctor ipsius vitæ speciatim enar-
rat. Est vero ille auctor Everuinus seu
Ebroinus, Monasterii Trevirensis Abbas,
Sancti Viri in paucis amicus, qui jussus
a Poppone Archiepiscopo defuncti vi-
tam scripsit, illam nempe, ut verisimile
est, quam deinde Poppo Romam misit.
Post longas satis moras tandem Papa Ar-
chiepiscopo rescripsit, misitque Legatum,
ut petierat, cum literis S. Simeonem ca-
nonizari concedentibus; itaque solemn-
i Ritu Treviris die Mercurii decima septi-
ma Novembris Indictione decima Cano-
nizatio celebrata. Sed Ecclesia S. Simeonis
memoriam ipsa obitus die colit. Cete-
rum Archiepiscopus super S. Viri cel-
lulam & sepulchrum Ecclesiam Colle-
giatam fundavit, quæ ibidem hodieque
visitur.

Coloniæ Pilegrimus Archiepiscopus
anno Salutis 1036. postquam Sedem an-
nis quindecim occupasset, meritis ple-
nus

Martyr. Ro.
1. Jun.
Chro. Saxo.
1036.
Sup. lib.
LVIII. §.
47.

nus ad superos evolavit. Defuncto suc-
cessit Hermannus. (*)

Sæculum XI.
A.C. 1033.

§. XXXIII.

S. Poppo Abbas Stabulensis.

Illā tempestate S. Poppo Abbas Stabu-
lensis in Diœcesi Leodiensi late cele-
brabatur. In Flandria natus circa an-
num 978. juvenis militiæ nomen dedit,
& nihilominus, raro inter illius conditio-
nis homines exemplo, pietatem jam tunc
impense coluit. Exinde a suscepta pere-
grinatione Jerosolymitana Romanaque
redux Flandriæ Comiti Balduino Barba-
to, aliisque Procerum præcipuis carissi-
mus fuit; quin etiam vir nobilissimus
filiam suam ei in matrimonium obtulit.
Sed ille, cum totum mundum fugere
constituisset, in Cænobio S. Theodorici

vit. ap. Boll.
25. Jan. to.
2. p. 668.
Sæc. 6. Ben.
p. 569.

T 4

prope

(*) Hodie Ecclesiæ Coloniensi Archiepisco-
pus & S. R. I. Elector præest Clemens Augustus,
Maximiliani II. Electoris Bavariz filius, ejus-
dem Ecclesiæ Coadjutor electus anno 1722, Ele-
ctor 1723. S. R. I. per Italiam Archicancellarius,
S. Sedis Legatus natus, electus Episcopus Mo-
nasteriensis anno 1719. Paderbornensis eodem
anno, Episcopus Hildesheimensis anno 1724. Os-
nabrugensis 1728. Ordinis Teutonici Supre-
mus Magister Mergentheimii anno 1732. Carolum
VII. Germanum Fratrem Romanorum Imperato-
rem coronavit anno 1742.

Sæculum XI.
A.C. 1033.

prope Remos Institutum monasticum amplexus est. Ibi commoranti Richardus Abbas Viridunensis aliquoties collocutus dulcissimo viri consortio ita captus est, ut licentia ab Abbate S. Theodoricis summis precibus impetrata, eum ad Monasterium S. Vitoni secum deduxerit. Poppo deinde Matri quoque suæ, jam pridem elato viro a vinculis matrimonii liberatæ, persuasit, ut illuc secederet, quæ non solum monialium ritu velari, sed etiam recludi voluit. Hæc ipsa etiam Sanctorum viduarum numero adscripta.

Richardus Abbas, collato sibi a Comite Flandriæ S. Vedasti Monasterio, Popponi præcepit, ut illud Præpositi Dignitate insignis regeret. Paruit ille magno hujus Monasterii emolumento. Inde ad S. Henricum Imperatorem curandæ Rei familiaris causa profectus, conciliata sibi hujus Principis amicitia, facile, quæ optabat, obtinuit. Imo insuper Imperatorem a consuetudine immanis spectaculi, quo oblectabatur (homo nudus melle illitus ursis exponebatur) abstraxit. Nam Poppone gravi sermone Henrico & Proceribus explicante, quantum turpis recreatio humanitati aduersaretur, jussit Princeps, id ludorum genus nunquam imposterum sibi parari. Præterea Henricus Imperator post elapsos

plos paucos annos Popponi Abbatiam ^{Sæculum XI.}
 Stabulensem, consentiente Abbate Ri- ^{A.C.1033.}
 chardo, qui eum Virdunum revocave-
 rat, contulit, item post duorum anno-
 rum spatium Abbatiam S. Maximini Tre-
 viris, ubi ei Monachi, quos dissolutos ad
 frugem reducere conabatur, venenum,
 sed nullo effectu consequente, propina-
 runt.

S. Henrico Imperatore in Cœlum af-
 ferto, Poppo tum ad reconciliandos dis-
 fidentium Principum Imperii animos,
 tum etiam postea ad reducendam pacem
 inter Conradum Germaniæ & Henricum
 Franciæ Regem utilissimam operam im-
 pendit. Cum deinde Ecclesia Argento-
 ratensi, defuncto, ut creditur, Werne-
 rio, anno 1029. vacante, Conradus Im-
 perator eam Popponi conferre cogitaret,
 ille recusavit munus, dicens, se ex Cle-
 rico genitum esse, filios autem Clerico-
 rum ad Episcopatum promoveri per Ca-
 nones non licere. Postmodum vero Im-
 peratori, cognita veritate, ipsum lenis-
 sime objurganti, quod commento lepido
 Dignitatis Episcopalis honorem effugere
 voluisset, respondit, se quidem non so-
 lum Episcopali, sed etiam Abbatiali offi-
 cio, quod gerebat, sibi ipsi indignum vi-
 deri. Quare Imperator, profundam S.
 Viri humilitatem miratus, animo con-
 stituit, Præfecturam omnium Monaste-
 riorum,

T 5

Sæculum XI. riorum, quæ in Regno suo vacarent, Pop
 A.C. 1034. poni committere. Ipse potestate acce
 pta strenue usus multa monasteria, qui
 bus viros, virtutibus claros, Abbates de
 dit, reformavit. Tandemque, postquam
 collapsam Disciplinam in monasteriis qua
 tuordecim reparasset, anno 1048. 25. Jan.
 in pace obdormivit.

§. XXXIV.

*Romani obitus. Michael Paphlago
 Imperator.*

*Cedren.
 p. 733.*

Romano Argyro Imperatori Constanti
 nopolitano serviens quidam Joannes
 Evnuchus maximam potentiam consecu
 tus est. Habebat vero Joannes fratres
 quatuor, quorum alterum, nomine Mi
 chaelem, Numularium, & pecuniæ spu
 riæ fabricatorem, de cetero eximia vi
 rum specie, Zoe Imperatrix deperibat.
 Itaque acriori ad venerem cupidini ce
 dens, & amati amplexu clam potita, Im
 peratori conjugii suo lentum venenum a
 Joanne Spadone præberi jussit. Ille
 ignoto morbo corripitur, barba capilli
 excidunt, inter acutissimos viscerum do
 lores decumbit, mortemque malorum
 finem ardentem expetit, & tandem, cum
 balneo uteretur, in Cœna Domini, un
 decima Aprilis, Indictione secunda, an
 no Mundi 6542. Salutis 1034. Michael
 jubente suffocatur, postquam imperaf
 set

set annis quinque & sex mensibus, mul-
taque egregie gessisset. Ad Ecclesiam
quoque S. Sepulchri reparandam, quæ
regnante ipsius Successore perfecta est,
non nihil contulit.

Sæculum XI.
A.C. 1034.

p. 733.

Eadem qua Romanus perierat nocte,
cum in Ecclesia Passio Domini Nostri de-
cantaretur, adest nuncius, Imperatoris
nomine jubens, ut Alexius Patriarcha
celeriter ad Palatium se conferret. Ille
vocantem secutus, ubi Romanum jam de-
functum vidit, obriguit. Interea vero
ornatum fuerat Triclinium aureum, ubi
Zoe sublimi solio residens, & Patriarchæ
Michaelē manu demonstrans, postula-
vit, ut ambobus Benedictionem nuptia-
lem impertiretur. Patriarcha in re subi-
ta inops consilii obstupescēbat; sed Zoe
& Joannes Spado quinquaginta auri li-
bris Patriarchæ & totidem Clericis in
mercedem datis, dubitantem ad benedi-
cendum nuptiis impulerunt. Ergo Mi-
chael Imperator salutatus, regnavit an-
nis septem, vulgo Paphlago dictus. Ini-
tio quidem sperabat Zoe, fore ut ipsi
adulter ad nutum pareret, sed decepta
est; nam Joannes Spado clavum Imperii
solus tractavit. Michael vero Paphlago
haud diu post in amentiam, quam Dæ-
monis vexationem appellarunt, incidit.
Hunc morbum in scelerum vindictam a
Dei Justitia fuisse immissum plerique cre-
dide-

Sæculum XI. A.C. 1034. diderunt, atque etiam horrendam grandinem præter alia portenta eodem tempore visa. Quippe Græci ea omnia curiose observare solebant. Terra pertinaciter arescente, Imperatoris fratres suppliciter processerunt, ut Cœlum ad misericordiam flecterent. Joannes S. Imaginem Edeffenam, Cubiculariis Præfectus Epistolam ad Abgarum datam, & Protovestiarius Fascias Sacras portabant. Sic pedibus e Palatio usque ad S. Virginem in Blachernis perrexerunt. Patriarcha quoque cum Clericis suis inter publicas preces prodiit; sed ecce, cœlum non imbrem salubrem, sed grandinem, qua dejectæ arbores & domorum tegulæ confractæ, effudit.

p. 740.

Sup. lib.
LVIII.
S. 60.

Joannes Evnuchus tanto ambitionis æstu ardebat, ut Patriarcha Constantinopolitanus esse cuperet, habebatque complures Metropolitans sibi faventes, quos inter præcipui erant, Demetrius Cyzicenus & Antonius Nicomediensis Evnuchus, nullo alio merito, quam quod Imperatori affinitate junctus esset, ad illam Sedem evectus. At vero Patriarcha, Clericis suis ad consilium adhibitis, ad illos Metropolitans epistolam dedit in hunc sensum: *Cum dicatis, ingressum meum in hanc Sedem non fuisse Canonicum, nec me Episcoporum electione, sed Basilii Imperatoris voluntate ad eam pervenisse,*

nisse, deponendi sunt Metropolita, quos in ^{Sæculum XI.}
 undecim annorum & sex mensium Pontifi- ^{A.C. 1034.}
 catu ordinavi, & tres Imperatores, quos
 coronavi, anathematizandi. His peractis,
 Sedem meam illi cedam, quicumque eam oc-
 cupare voluerit. Accepta epistola De-
 metrius ceterique pudore & timore per-
 turbati, nam plerosque Alexius ordina-
 verat, altum de hac re deinceps tenuere
 silentium, & Joannes Evnuchus spe sua
 excidit.

Anno 6546. seu 1038. Imperatore
 Thessalonicæ versante, Clerici contra
 Theophanem Metropolitam suum que-
 relas moverunt, quod pensiones ipsis de-
 bitas non persolveret. Imperator initio
 Metropolitam lenissimis verbis hortatus,
 ut Clericorum suorum justissimæ postu-
 lationi satisfaceret, cum ille monita exe-
 qui detrectaret, & furiose indignaretur,
 intellexit industria opus esse. Igitur mis-
 so Domestico Episcopum suo nomine ro-
 gari jubet, ut sibi centum libras auri
 mutuas daret, usque ad illam diem, qua
 pecunia Constantinopoli advecta sibi red-
 deretur. Episcopus addito juramento
 affirmare, ultra triginta libras sibi non
 superesse. Cum vero delegati, jubente
 Imperatore, ejus Ærarium aperuissent,
 inventi sunt auri Centenarii plus quam
 triginta, id est, ter mille trecentæ libræ.
 Ex his Imperator solvi jussit Clericis pre-
 tium

Sæculum XI. tium frumenti, quod a primo Pontifice
A.C. 1036. tus Theophanis anno ipsis debebatur us-
 que ad annum currentem. Reliquum
 pauperibus erogavit, Metropolitam ob
 immanem avaritiam & additum perju-
 rium exauctoratum in prædium quod-
 dam præcepit deportari; Prometheo
 vero, quem ejus in locum Archiepisco-
 pum Thessalonicensem designavit, onus
 alimentorum ipsi præbendorum impo-
 suit. Ex his cognoscimus, Michaellem
 Imperatorem non ita morbo fuisse affli-
 ctum, ut regno penitus impar esset.

§. XXXV.

Conradus Imperator in Italia.

Vippo p.
 440.

Conradus Imperator Henrico Regi filio
 suo Chunelinda Canuti Regis Angliæ
 filia, anno millesimo trigesimo sexto, in
 matrimonium data, eaque solemnī pom-
 pa coronata, in Italiam contendit, om-
 nium ferme vasallorum in Dominos suos
 seditionem compressurus. Quippe di-
 cebant: *si ab Imperatore non impetramus*
justitiam, armis & vi efficiemus, quod
alia ratione non possumus. Ergo Impe-
 rator, trahens secum exercitum Vero-
 nam pervenit, ubi Natalem Domini, qua
 die illius ætatis more annus millesimus
 trigesimus septimus incipiebat, celebra-
 vit. Inde Mediolanum progressus ab
Chron. Sax. Ariberto Archiepiscopo in Ecclesia S. Am-
 brosii

brofii magnifice excipitur. Eadem die ^{Sæculum XI.} ^{A.C.1037.} populus tumultuarie concurrens respon-
sūm ab Imperatore petebat, an conjura-
 tis faveret, vel adversaretur. Conra-
 dus indignans seditiosos Ticini in Comi-
 tiis ibi celebrandis adesse iussit.

Ticini deinde versatus Imperator
 omnibus querelas afferentibus jus dixit.
 Cum quidam Comes nomine Hugo &
 complures alii Itali Imperatori exposuif-
 sent, quam inique ab Archiepiscopo Me-
 diolanensi premerentur, ille ad se vocato
 præcepit, ut singulis satisfaceret. Et
 statim quidem Archiepiscopus a conspe-
 ctu Caesaris recessit; sed mox reversus
 voce gestuque insolenti, *quæ ego, inquit,*
in thesauro S. Ambrosii inveni, aut postea
quocunque demum modo acquisivi, procul
omni dubio quoad vivam retinebo, nec ab
ullo mortalium sive rogatus, sive iussus
quidquam dimittam. Monebant circum-
 stantes Proceres, ut saltem personam
 Principis a ceterorum hominum vulgo
 exciperet, sed ille ferociter dicta repe-
 tiit. Intellexit Imperator, Archiepisco-
 pum totius in Italia conjurationis caput
 & auctorem esse. Unde requisito Pro-
 cerum consilio contumacem comprehen-
 di jubet, tum Popponi Patriarchæ Aquil-
 ejensi & Conrado Duci Corinthiæ cu-
 stodiendum tradit. Illi captivum Pla-
 centiam deducunt cum monacho, quem
 solum

Sæculum XI. A.C. 1037. solum commiseratione moti apud Archiepiscopum obsequii causa permanere passi fuerant. Ecce vero, quadam nocte monachus cubitum concessit in lectum præparatum Archiepiscopo, qui interea custodes fallens Mediolanum pervenit, ubi munimentis se defendens, toto anno Imperatoris arma sustinuit.

Turbæ in Italia.

Exinde Archiepiscopus tresque Episcopi Vercellensis, Cremonensis & Placentinus cum Ottone Comite superioris Burgundiæ in Cæsarem conjurarunt. Summa votorum erat, Conradum de medio tollere, & Ottonem ad Imperiale Solium evehere. Sed facinori fortuna abfuit, quippe re comperta Imperator tres Episcopos vinculis datos & ultra alpes deductos carceribus mancipari iussit. Quamvis vero explorata prius Procerum sententia id egisset, multis non probabatur, quod Episcopi extra Judicium Canonicum damnati fuissent. Juvenis quoque Rex Henricus rigorem patris in Archiepiscopum & tres Episcopos secreto carpebat. Et jure merito; nam, lata Depositionis sententia, Episcopo nullus amplius, ante Canonicum judicium vero, maximus honor exhibendus est. Hæc sunt verba Wipponis in vita Imperatoris Conradi, cujus Capellanus erat, Henrico Conradi filio Imperatori nuncupata.

Archi-

Archiepiscopum Aribertum pacis Sæculum XI.
A.C. 1037.
 conditiones tam a Papa, quam etiam ab
 aliis Episcopis oblatas respicientem Bene-
 dictus Papa, consentientibus omnibus
 Episcopis, Anathemate feriit. Impera-
 tor vero Archiepiscopatum Mediolanen-
 sem Viro nobili, ejusdem Ecclesiæ Ca-
 nonico, nomine Ambrosio, contulit. Sed
 eum in possessionem asserere non potuit,
 quam Aribertus reliquo vitæ tempore vi
 armorum sibi vindicavit. Quin etiam
 Mediolanenses omnes agros, quorum
 Dominus in illa regione Ambrosius erat,
 devastarunt. Papa Cremonam venit ad
 Imperatorem, (*) a quo honorifice exce-
 ptus, Romam deinde rediit. Imperator
 vero superato Pado Parmæ Natalem Do-
 mini celebravit, qua ipsa die, dum ci-
 ves cum Germanis rixari cœpissent, se-
 ditio atque ingens cædes exorta, urbs
 direpta, & magnam partem flammis con-
 sumpta.

Exinde Imperatore in Apuliam pro-
 fecto, Imperatrix Romam ad limina SS.
 Apostolorum devotionis causa divertit, *Chron. Cass.*
 tumque Conjugem ad montem Cassinum *l. II. c. 65.*
 per-

(*) Ex his liquet, totum Christianum Orbem
 Benedictum IX. qualiscunque ejus Electio & vi-
 ta fuerit, tanquam Legitimum Papam fuisse ve-
 neratum.

Hist. Eccles. Tom. XIV.

U

Sæculum XI. pergentem secuta est. Ubi postquam in
A.C. 1037. Ecclesia orasset Conradus, Capitulum

Mabill. Sæc. intravit Congregationem adlocuturus,
6. p. 192. Tunc vero omnes monachi coram eo

prosternuntur, moxque surgentes dicunt:
*Adventum tuum expectamus, sicut anima
Iustorum in Inferis Adventum Redempto-
ris sperabant.* Non continuit lacrymas
optimus Princeps, cumque secundo in
terram prostrati iterum surrexissent, nar-

Cassinenfes rare cœperunt, quam dure annis duode-
Monachi. cim a Pandulfo Principe Capuano vexa-

rentur, obtestantes Imperatorem in no-
mine Dei & S. Benedicti, ut ipsos ab his
ærumnis liberaret. Nempe S. Henricus
Imperator, ultimo in Italiam profectus,
Pandulfum in Germaniam secum com-
meare compulerat, ubi crudelitatis &

Sup. lib. avaritiæ pœnas daret, sed Henrico de-
LVIII. §. functo, cum a Conrado licentiam rever-

49. tendi Capuam obtinuisset, rursus Mona-
Chron. Cass. chos Cassinenses crudelem in modum
c. 58. 59. pressit, Theobaldo Abbate Capuæ in cu-

stodia detento, prædiisque monasterii
omnibus occupatis, famulos suos Con-
gregationi præfecit, ad eam rerum
omnium penuriam redactæ, ut in Festo
Assumptionis Beatissimæ Virginis Vinum
ad Officium Altaris necessarium de-
fuerit.

Monachi jam prius querelas suas ad
Imperatorem in Germaniam & hoc anno
etiam

etiam Mediolanum detulerant. His igitur in suo Monasterio preces suas repetentibus Imperator jurejurando affirmavit, nullam aliam in illam regionem veniendi sibi causam fuisse, & quoad luce frueretur, nunquam fore, ut hunc Sanctum locum suo præsidio destitueret. Petita deinde Monachorum Benedictio-
ne, super Altare S. Benedicti tapetem ex purpura, cujus oræ acus phrygia aurum intexuerat, posuit. Tum Richerium Abbatem eligi voluit, nam Theobaldus e vita decesserat, omniaque privilegia & possessiones monasterii confirmavit. Richerius vero Monasterium Cassinense usque ad annum 1055. quo mortalitatem exiit, sapienter rexit. Ceterum inter Montis Cassini Monachos viri vitæ Sanctitate conspicui ferme duodecim ab initio hujus Sæculi undecimi usque ad medium a Scriptoribus recensentur.

Sæculum XI.
A.C. 1038.

Mabill. Sæc.
6. Ben. p.
102.

§. XXXVI.

Conradi obitus. Henricus III. Rex.

Redit deinde in Germaniam Imperator. Sed pestis frequentissimum in Italia malum, quam immodicus aeris æstus in hominum corporibus gignit, magnum militum numerum & Reginam juvenem Henrici Conjugem abstulit. Quin Imperator quoque, Ultrajecti degens, Pentecoste anni sequentis 1739. al-

Wippo. p.
442.

U 2

tera

Sæculum XI. A. C. 1039. tera die subito extinctus est, postquam annis ferme quindecim Solium tenuisset. Successit filius Henricus III. (*) cognomento Niger, qui annis regnavit Septendecim.

§. XXXVII.

(*) De Henrico III. circumfertur illa Ludis Scenicis celebratissima & Historiæ similis fabula, de qua P. Gregorius Kolb in *Serie Rom. Imperatorum: Diepoldus Comes de Calb in Suevia* (publicæ pacis violatæ reus) cum prægnanti uxore in *Silvam Hercyniam* recepit se Uxor veniente tempore cum filium pareret, evenit, ut ipse Cæsar inter venandum a famulis aberraret, in eandem casam delatus, in qua Diepoldi filius . . . ea nocte nascebatur. Tum vero dormienti . . . audita sunt verba . . .

Ecce tuus puer hîc erit unicus hæres, omnia percipiet . . . Puer deinde variam fortunam nactus, in Cæsaris aulam translatus, & tandem suspectus an non sit is ipse ignobilis filius, de quo auditus quondam in casa rustici infastus nuncius, data a Conrado ad Imperatricem Aquisgrani degentem epistola occidi iussus, his verbis: hunc puerum necabis nisi ipsa perire velis; tum pio & arcano instinctu a Decano Ecclesiæ Spirensis mutatis epistolæ verbis: Huic puero filiam dabis &c. servatus est. Nam data est inter vivos servato juveni Cæsaris filia, Cæsare Dei providentiam tunc demum plenius agnoscente & stupente.

§. XXXVII.

Sæculum XI.
A.C.1039.*S. Stephani Regis Hungariæ extre-
ma.*

Sanctum Stephanum Regem Hungariæ
 anno superiore beata mors ad Supe-
 ros transtulerat, cujus virtutem Deus
 in vita multis immixtis ærumnis proba-
 vit. Compluribus filiis adhuc parvulis
 orbato unicus superstes nomine Emericus
 solatio erat. Hujus dilecti filii, quem
 singulari cura educaverat, instructioni
 scripsit Rex Tractatum seu Decretum, di-
 visum in duos libros, quorum primus
 tradit præcepta generalia ad Religionem
 & mores spectantia, in altero continen-
 tur leges ab aliis Barbarorum Constitu-
 tionibus haud multum abhorrentes. Por-
 ro optimi parentis industria juvenis Prin-
 ceptis ita profecit, ut ad sublimem virtu-
 tis gradum pervenit: unde cum quadam
 nocte ferventius preces ad Deum fun-
 deret, voto se adstrinxit, Virginitatem
 se servaturum; at secretissimum tenuit
 hoc propositum. Itaque Rex Pater ne-
 potes & successores cogitans, filium ad
 se vocatum ad nuptias cum nobili & for-
 mosa Virgine adornandas invitavit. Re-
 nuit primo Emericus; instanti autem Pa-
 tri & Regi in potestate se futurum re-
 spondit. Ergo sponsam accepit, salvo
 tamen voto, quippe Virginem reliquit in-
 tactam,

U 3

tactam,

Sæculum XI. tactam, ut ipsa post Emerici mortem,
A.C. 1019. haud diu post matrimonium secutam, te-
 statum fecit. Sepultus est S. Emericus
 in civitate Alba Regali, ejusque tumulo
 miraculis clarescente, eundem Ecclesia
Martyr. Ro. inter Sanctos quarta Novembris colere
4. Nov. cœpit.

Maxima animi constantia dilectissimi
 & unici filii jacturam tulit parens, & mi-
 sericordiam Dei promeriturus eleemosy-
 nas, quas aliunde largiebatur copiosissi-
 mas, præsertim in peregrinos auxit, mo-
 nachos, Clericos, omnis generis egenos
 donis cumulavit, & ad monasteria exte-
 rarum regionum munera misit. Nullus
 monachorum Stephano Regi carior erat
 quodam Anachoreta, nomine Gunthe-
 rio, in Bohemia degente, in cujus pote-
 state, quoties in Hungariam veniebat,
 ararium suum esse volebat. Tandem
 Rex Sanctus, longo tempore morbo ex-
 haustus, & vitæ finem sibi imminere au-
 guratus, convocatis Episcopis Purpura-
 tisque Christianis, vehementer hortatus
 est, ut Religionem in Hungariam recens
 introductam omnibus viribus stabilirent.
 Obiit vero dicima quinta Augusti anno
 1038. in Festo Assumptionis Beatæ Vir-
 ginis, sepultusque est in Ecclesia, quam
 a se Albæ Regiæ ædificatam eidem Ma-
 tri Dei Sacram esse voluerat. Cumque
 post obitum ejus Corpus permultis pro-
 digiis

digiis colluceret, annis exinde quinquaginta elapsis e terra levatum est, & cultu publico Sanctis exhiberi solito honoratum. Ecclesia ejusdem memoriam vigesima Augusti, qua die ejus Corpus translatum est, agit.

Sæculum XI.

A.C. 1037.

Martyr. Ro.
20. Aug.

§. XXXVIII.

S. Guntherus Eremita.

Guntherus seu Guntherius Anachoreta, cujus mentionem paulo ante fecimus, in Thuringia latissimorum fundorum Dominus, Majorum ceris & sua Dignitate illustris, peccata adolescentiæ suæ deleturus, S. Godehardum tunc Abbatem Hersfeldensem, postea Episcopum Hildesheimensem, adiit. Cumque ei conscientiæ suæ arcana revelasset, suavit. *Sæc. 6.*
Abbas, ut vitam monasticam amplecteretur. *Ben. p. 475.*
Igitur reliquit Bona sua admodum pingua, donavitque ea Monasterio Hersfeldensi, consentientibus propinquis, quibus hæreditas subtrahebatur, & servavit sibi, unde viveret, Monasterium Welinganum, quo adhuc Sæcularis, pro illius ætatis abusu, fruebatur. Quare visum Abbati ipsius, diutius a professione votorum esse arcendum. Postquam deinde in Altahensi Monasterio, eidem Abbati subjecto, professus fuit, cum licentia Abbatis ad Welinganum, ipsi sustentando destinatum, concessit. Sed

Sup. lib.
LVIII. §.

58.

Sæculum XI. tam Religiosæ paupertatis, quam laboris
A.C. 1039. infuetus cum magnis difficultatibus in
 regimine illius domus colluctabatur &
 sæpe consilium expetens recurrebat ad
 Godehardum Abbatem, qui ei aliquan-
 do severo vultu & virili constantia re-
 spondit; alterutrum esse necessarium, ut
 vel stabilitatem loci & obedientiam,
 quam Deo vovisset, servaret, vel abje-
 cto monastico habitu ad Sæculum redi-
 ret. Quin & hanc rem Abbas detulit
 ad Cæsarem S. Henricum, qui ac-
 cersito ad se Guntherio serio suggestit,
 non posse ipsum duobus Dominis servi-
 re. Itaque Guntherius, relicta Welin-
 ga, Altaham reversus privatorum mona-
 chorum regulæ se submisit.

In Monasterio Guntherius brevi tem-
 pore singulari vitæ austeritate præ cete-
 ris omnibus claruit, ejusque virtutis fa-
 ma usque ad S. Stephanum Hungariæ Re-
 gem propinquum suum pervasit. Rex
 cupiens ejus conspectu & alloquio frui
 bis nuncios misit, qui re infecta redie-
 runt. Tandem vero, cum tertio roga-
 retur, benedicente Abbate suo, nuncios
 Regis secutus ab eo inter summæ lati-
 tiæ signa exceptus est. Persuasit quidem
 Stephanus hospiti, ut mensæ Regiæ ac-
 cumberet, sed eo adducere non potuit,
 ut carnes manducaret.

Exinde

Exinde Vir Sanctus, Abbate suo con-
 sentiente, cum aliquot monachis Alta-
 hensibus ad desertum in vastis Bohemiæ
 Silvis inventum se recepit, ubi novo fun-
 dato monasterio, anno 1008, postea annis
 triginta septem perseveravit. Ipse & Di-
 scipuli ejus extrema paupertate conten-
 ti, cibo obvio reficiebantur, sola aqua in
 certa mensura sitim restringebant. Gun-
 therius omnium Magister, vir literarum
 rudis, nihil præter aliquot Psalmos didi-
 cerat. At cum alios S. Scripturam legen-
 tes vel exponentes maxima attentione
 & studio auscultasset, sæpe sensus mysti-
 cos modo subridens, modo serio non sine
 audientium admiratione explicabat; Au-
 ctor vitæ ipsius refert, semel Guntherium
 a se auditum fuisse, habentem de S. Jo-
 anne Baptista Sermonem, tanto animo-
 rum motu, ut ex præsentium oculis la-
 chrymas elicuerit. Obiit nona Octobris
 anno 1045. atque Sanctorum numero ad-
 scriptus est.

§. XXXIX.

Casimirus Monachus Rex Poloniæ.

Inter hæc Miecislao Rege Poloniæ anno
 millesimo trigesimo quarto fatis fun-
 cto, cum Casimirus ejus filius necdum
 ad ætatem regendis populis parem per-
 venisset, vacantis Solii seu magis Anar-
 chiæ species per annos septem fuit. Ri-

U 5

xa

Sæculum XI. xa defuncti Regis vidua, Polonis invisa,
A.C. 1039. in Saxoniam sub tutelam Conradi Imperatoris confugit, & Casimirus filius haud multo post tempore, matre relicta, in Franciam profectus, Cluniaci cucullum monasticum & nomen Caroli assumpsit. Interim vero in Polonia, cum nullius auctoritate continerentur populi, imasummis miscebantur, novella Religio periclitabatur, Episcopi latebras quarere cogebantur, diripiebantur Ecclesiæ. Tot
Dubra lib. VII. p. 52. mala Bretislaus Dux Bohemiæ, Polonorum hostis, bello quoque cumulavit, nam præcipuas urbes admoto exercitu cepit, atque præter alias etiam Gnesnam totius Regni Caput, ex ea, consilium suggerente Severo, Episcopo Pragensi, bellicæ expeditionis socio, Corpus S. Martyris Adalberti, illius urbis quondam Episcopi, ablaturus. Sed dicunt Poloni, Bohemos a Clericis Ecclesiæ Gnesnensis fuisse deceptos & loco corporis S. Adalberti Corpus S. Gaudentii ejusdem Fratris acceptum avexisse. Ceterum Bohemis in prædam cesserunt præter alia Crucifixi effigies aurea trecentarum librarum, tres tabulæ totæ aureæ, margaritis distinctæ, quibus altare majus ornabatur, cunctæque ingentes hujus Ecclesiæ divitiæ. Hanc cladem Ecclesia Gnesnensis anno 1038. tulit.

Anno

Sæculum XI.
A.C. 1039.

Anno sequentē cum Stephanus, tunc Archiepiscopus Gnesnensis, consultis ceteris Poloniæ Episcopis, missa Romam Legatione tantum Sacrilegium in Ecclesiam suam commissum ad Papam detulisset, Benedictus IX. re satis pensata statuit, Bretislaum Ducem & Severum Episcopum excommunicandos esse, usque dum Res Sacras omnes ablatas restituissent. Ne vero indicta causa damnarentur, accusatos ad purgandum se Romam advocavit. Illi Legatos miserunt, qui Dominorum suorum crimen eo excusarent, quod tenera devotione pretiosissimas Reliquias fuissent prosecuti, & legibus belli id permetteretur. Promiserunt vero, eos omnia direpta reddituros. Sed postea, cum Cardinales auro corruissent, obtinuerunt, ut Dux nihil restituendo a Censura absolveretur.

Tandem Poloni innumeris turbis fatigati, sævisque jactati tempestatibus, Casimirum ultimi Regis sui filium reduendum esse censuerunt. Sed nescii, ubi terrarum degeret, nuncios mittunt in Germaniam ad Rixam Reginam, Casimiri matrem, quæ respondit, filium lucefrui, & in Monasterio Cluniacensi versari. Ergo Cluniacum contendunt, & licentiam concedente S. Odilone Abbate Principem suum alloquuntur in hunc ferme modum: *Adsumus Procerum Optimum-*

Sæculum XI. *tumque Polonorum omnium nomine suppliciter petentes, ut Regni tui miserearis, veniasque ad componendos fluctus, & patriam ab hostium insultibus vindicandam.*
A.C. 1039. Respondet Casimirus, se sui arbitrii jam non esse, cum ne quidem ipsis colloqui sine facultate Abbatis sui licuisset. Illi S. Odilonem adeunt, qui postquam cum suis de re tanta deliberasset, neutiquam in sua potestate esse, respondit, monachum professum & Diaconum ordinatum dimittere; ad Summum Pontificem se converterent, cui uni in tota Ecclesia suprema potestas esset.

Dispensatio
in votis So-
lemnibus.

Itaque Legati Poloniae Romam pergunt, & in conspectum Benedicti IX. Papæ admissi, quanta calamitas eorum patriam premeret, exponunt, & quam tam Reipublicæ salutiferum, quam Religioni conservandæ necessarium esset, ut Casimirus Princeps Regni frœna capefferet. Res omnino nova petebatur, cujus vix ullum extabat exemplum. Nihilominus postquam diu multumque deliberatum, credidit Papa, concedendum esse, quod Legati postulabant. Dispensavit in votis Casimiri & potestatem fecit, non modo e Monasterio excedendi, sed etiam uxorem ducendi, ea conditione, ut Proceres Poloniae singulis annis in censum denarium unum S. Sedi solverent. Itaque Casimirus in Poloniam revertitur,
 Rex

Rex salutatur, Mariam Principis Russo-^{Sæculum XI.}
 rum filiam uxorem accipit, ex qua ^{A.C. 1041.}
 complures suscepit filios. Regnum in
 Polonia exorsus est anno millesimo
 quadragesimo primo. Ceterum admi-
 randi omnino locus est, quod neque in ^{Mabill, elog.}
 vita S. Odilonis, neque in aliis antiquis ^{S. Odil. n.}
 monumentis Cluniacensibus ulla men- ^{120. Sæc. 6.}
 tio facti prorsus singularis occurrat, sed
 id demum ex Scriptoribus Historiæ Po-
 lonis multo posterioribus discamus. (*)

§. XL.

*Alebrandus Archiepiscopus Hambur-
gensis.*

Hamburgi Hermannō mortuo novus ^{Adam. l. II.}
 Archiepiscopus electus est Bezelin- ^{c. 51.}
 nus, cognomento Alebrandus, ex gremio
 Clericorum Colonienſium evocatus, cui
 Conradus Imperator baculum Pastora-
 lem & Benedictus IX. Pallium dedit.
 Hamburgi a suis Suffraganeis, septem-
 que aliis Episcopis Saxonix magna pom-
 pa ordinatus, hanc Sedem annis decem
 tenuit,

(*) Ad hunc locum R. P. Pagi in Critica Hi-
 storico-Chronologica: *Quidquid hac de re (de
 Chronologica difficultate sermo fuit) sit, certum
 est, post Misiconis (Miecislai) obitum, Poloniæ
 Statum turbatissimum fuisse, & Casimirum Re-
 gem, clanculum Cluniacum profectum, Mona-
 chum induisse.*

Sæculum XI. tenuit, dignissimus Præfulatu vir, qui
A.C. 1041. utrique Ecclesiæ Bremensi & Hambur-
 gensi tam quoad Spiritualia quam Sæcu-
 laria plurimum emolumenti attulit.
 Clericorum suorum curam singularem
 gessit, utque eos ad servandam conti-
 nentiam, secundum Libentii Antecesso-
 ris sui propositum, compelleret, Clau-
 strum Bremense restauravit, & vitam
 Canonicorum communem reduxit. Ci-
 vitatis muros, quos ædificare Herman-
 nus cœperat, perfecit, & Civitatem Ham-
 burgensem a Sclavis destructam repara-
 vit. Ibidem Ecclesiam ædesque Episco-
 pales antea ex ligno conditas, ex qua-
 dratis lapidibus eduxit, non ad habitan-
 dum modo, sed etiam ad depellendos ho-
 stes, si qui aggrederentur, instructas.
 Beneficio pacis, quæ tunc cum Sclavis
 ultra Albim habitantibus servabatur, ad
 propagandam Religionem Alebrandus
 utebatur, plures fructus majoremque
 messem collecturus, nisi avaritia Præto-
 rum, justo rigidius tributa exigentium,
 obstitisset. Episcopos tres, qui ipsum
 in prædicatione Fidei in partibus Infide-
 lium adjuvarent, nimirum Sleswici, Ry-
 pæ, & tertium ad convertendos Sclavos
 sine fixa Sede ordinavit. Tandem piis-
 simus Archiepiscopus animam Deo red-
 didit anno millesimo quadagesimo ter-
 tio decima quinta Aprilis, ut creditur,
 sepul-

sepultusque est Bremæ. Successorem habuit Adalbertum Præpositum Halberstadensem, virum nobilissima stirpe natum, eximia corporis specie, atque insignibus animi dotibus præditum. Baculo pastorali a Conrado Imperatore, & Pallio a Benedicto IX. Papa accepto, Aquisgrani Imperatore, Proceribus & duodecim Episcopis, qui ipsi manus imposuerunt, præsentibus, ordinatus, in illa Cathedra annis viginti novem sedit.

Sæculum XI.
A.C. 1041.

§. XLI.

Induciæ Deo Sacræ.

In Francia, ut vidimus, multa ad pacem reducendam ante annos decem agitata fuerant, sed cum plerique ad illas leges servandas compelli non possent, statutum, ut saltem certorum dierum Induciis nemo pacem turbare auderet, scilicet, a Feria IV. vespere, usque ad Feriam II. sequentis hebdomadæ mane, nemo alteri quamcunque rem vi adhibitam eriperet, nullam injuriam acceptam ulcisceretur, nemo pignus ab invito extorqueret. Quicumque has Inducias violasset, velut mortis reus, quantum a Legibus præscribebatur solveret, aut excommunicatus in exilium pelleretur. Hæ Constitutiones, Induciæ Deo Sacræ, appellatæ sunt, & a multis creditum, quod Deus immissis in transgressores poenis eas

Sup. n. 18.
V. not. Conf.
fort. tom. 9.
Conc. p. 913.
Glab. V. c. 1.
p. 5.

Marca concord. IV. c. 14.

Sæculum XI. eas approbasset. Facile notabat Lector,
A.C. 1041. ideo hos præ ceteris Hebdomadæ dies
 fuisse delectos, ut memoriæ Mysteriorum, quæ in iis peracta sunt, nempe Cœnæ Domini, ejusdem Passionis, Sepulturæ & Resurrectionis consecrarentur.

Induciæ istæ ab Episcopis in compluribus Conciliis, duobus Sanctis Abbatibus, Odilone Cluniacensi, & Richardo Viridunensi maxime adlaborantibus, stabilitæ sunt. Richardo commissum, ut eas in Neustria recipi curaret, eo modo, quo prius in Aquitania & deinde in Austrasia receptæ fuerant. Cum primo hortanti ad pacem Richardo Neustrii subjici nollent, corripiebantur morbo *ardentium*, id est, cœco igne, qui languentium viscera depascebatur. Complures vero opem Richardi implorantes ipso orante sanabantur; unde turmatim ad ejus monasterium convolabant. Ipse infirmis vinum, in quod immixtæ fuerant Sacræ Reliquiæ, & præter alias etiam pulvisculi de lapide Sepulchrali Domini Nostri deterfi bibendum porrigebat, & pacem se servaturos jurejurando promittere cogebat. Hæc Reliquiarum ablutio solum post Missæ Solemnia fieri solebat, sed vas illo potu plenum semper conservabatur, ut devotioni ægrotantium, qui omni hora adveniebant, satisfieri posset.

§. XLII.

Chron. Hug.
Flav. p. 187.
Sup. lib.
LVIII. §.
 57.

§. XLII.

Sæculum XI.

A C. 1041.

S. Odilo Archipræsulum Lugdunensem recusat.

At S. Odilo Archipræsulum Lugdunensem suscipere noluit. Buchardo *Glab. V. c. 4.* Archiepiscopo mortuo, pinguissimo Beneficio inhiabant plures, quibus sola ambitio pro meritis erat. Horum primus fuit Buchardus, defuncti nepos, Episcopus Augustanus Salossiorum, qui, relicta Sede sua, Lugdunensem insolens invasit, & postquam multorum malorum causa fuisset, ab Imperatoris Vasallis captus & æterno exilio damnatus est. Postea quidam Comes Girardus nomine sine publica auctoritate filium suum adhuc impuberem intrusit, haud diu post fugere & latere coactum. His rixis ad Papam delatis suadebant viri pietate insignes, ut sua auctoritate uteretur, & Odilonem Abbatem, virum a Clericis & toto populo in pastorem exoptatum, Archiepiscopum Lugdunensem consecrari juberet. Illico Papa Odiloni Pallium & annulum mittit cum mandatis, ut hanc Dignitatem acceptaret. Sed Vir Sanctus professionis monasticæ, quam amplexus fuerat, humilitatem considerans Archiepiscopatum suscipere renuit, Pallium vero & annulum futuro Archiepiscopo tradendum apud se servavit.

Hist. Eccles. Tom. XIV.

X

Papa

Sæculum XI. Papa itaque (erat vero Joannes XIX.)

A.C. 1041. Odiloni Abbati rescripsit in hunc modum: *Docente S. Gregorio Magno multum. 9. Conc. ta videntur bona, & non sunt. Quid p. 858. & to. enim in Monacho obedientia Sanctius? 2. Spicil. p. 387.*

conis extollat, non ignoras. Percepimus igitur injuriam Sanctæ Ecclesiæ Lugdunensi, te in conjugium petenti, illatam, quia privatam tuam quietem amas. Tacemus, quod auctoritatem tot Præfulum monentium & rogantium, ut Episcopalem Dignitatem acciperes, posthabuisti. Sed quod Sanctæ Romanæ Ecclesiæ & nobis inobedientem te reddidisti inultum relinquere nec debemus nec possumus, nisi forte obedientia diluat, quæ inobedientia maculavit. Secus multarum animarum perditionis reus eris, quarum Saluti exemplo & doctrina prodesse potuisses. Reliqua tibi & fratribus tuis Gaudfridus Episcopus meo nomine significabit. Hac vehementer epistola non obstante Odilo Dignitatem oblatam recipere recusavit, atque Pallium & annulus Cluniaci asservata.

Interim Henricus Rex Germaniæ & Glab. V. c. 4. Austrasiæ, cujus pars erat Burgundia, perturbatum Ecclesiæ Lugdunensis statum dolens, ejusdem Regimen Halinardo Abbati S. Benigni Divione committere cogitabat, qui & ipse respondit; se utpote monachum tantæ Dignitati sustinendæ

nendæ imparem esse, præstare hanc con-
 ferre Udalrico Archidiacono Lingonensi,
 cuius ætas, virtus & scientia Archiepi-
 scopali muneri congrueret. Ille tunc
 Vesuntione versabatur, ubi Rex quoque
 illo tempore degebat, qui Archidiacono
 vix de nomine noverat. Igitur
 Henricus mentem Abbatis ab omni am-
 bitu alienam multum miratus, cum Udal-
 ricus etiam ab Episcopis & populo expe-
 teretur, ei Archiepiscopatum Lugdunen-
 sem contulit, cui deinde annis quinque
 digne præfuit.

§. XLIII.

Richardi Abbatis Virdunensis extrema.

Richardus quoque Abbas Episcopatum
 Virdunensem regendum suscipere
 detrectaverat. Sed quæ de ejus vita
 narranda supersunt, repetamus. Hei-
 moni Episcopo suo multos sumptus repa-
 randis urbis muris, quibus Monasterium
 S. Vitoni includere volebat, impendenti
 fortiter obstitit. Dicebat enim, non ex-
 pedire monachis, ut in urbibus habitent,
 ne quies monastica nocturnæque preces
 tumultu & clamoribus populi turbentur.
 Episcopus magnorum Principum more
 impatienter ferens, quod quisquam suæ
 voluntati resistere auderet, a proposito
 dimoveri non poterat. Quare cum Ab-
 bas rem ad Henricum Imperatorem de-
 tulisset,

Sæculum XI.
 A.C. 1041.

vit. Sac. 6.
 Act. Ben.
 p. 526.

Sæculum XI. tulisset, is missis ad Episcopum mandatis quidquam circa Monasterii situm mutari prohibuit. A.C. 1041. Excanduit Episcopus, cuius indignationem ut effugeret Abbas, Remiremontium se recepit, ubi quinque annis secure delituit. In illo secessu Richardus duo miracula patrasse legitur. Quidam leprosus sanatus est, cum balneo, in quo prius Vir Sanctus lavatus fuerat, uteretur. Et cæcus lumen recepit, cum illa aqua, qua paulo ante S. Abbas manus, ipse oculos abluisset. Rei fama ad Episcopum Virdunensem perlatam, eum facti prioris pœnitentia subiit, missisque nunciis Abbatem ad suum monasterium redire iussit.

c. 550. Richardus Abbas exinde profectionem in urbem Jerosolymam, quam videndi ardentissimo desiderio jam diu tenebatur, molitus est, Duce Normanniæ, cui in paucis carus erat, largiter sumptus præbente. Fuere autem expensæ ingentes; quippe Abbas in hoc Sacro itinere peregrinos ferme septingentos, quibus omnibus annonam præbebat, secum deduxit. Cum Constantinopoli aliquamdiu subsisteret, quo tempus loca Sacra lustrandi suppeteret, & viri fama ad Patriarcham & Imperatorem pervenisset, uterque ei colloqui expetiit. Imperator hospitem pretiosis muneribus donavit, & Patriarcha complures Reliquias atque veræ

Profectio
Jerosolymitana.

veræ Crucis particulam eidem dedit. ^{Sæculum XI.}
 Ubi terras Infidelium contigit Richar- ^{A.C.1041.}
 dus, singulis diebus, ut in via adſueve-
 rat, non ſolum Officium Divinum reci-
 tabat, ſed etiam Miſſam, extra civitates
 quidem, attamen in loco mœnibus pro-
 ximo celebrabat, non timens infecta-
 tiones Infidelium, tantam lapidum vim
 injicientium, ut comites ejus extra ja-
 ctum refugere cogerentur. Ipſe con-
 ſtanti animo perfeverabat, uſque dum S.
 Sacrificium perfeciſſet, nec unquam ullo
 ſaxo iſtus eſt. Infideles prodigium ad-
 mirati diſcedentem comiter deducebant.

Ubi Jerofolymam pervenit, omnibus
 locis Sacris tenerrimo animi affectu lu-
 ſtratis, Hebdomadam Majorem ibi trans-
 egit, & Sabbato Sancto interfuit Cære-
 moniis, quibus accendebatur ignis no-
 vus. Is enim miraculo de cœlo deſcen-
 dere jam tunc a ſimplicibus Græcis cre-
 debatur. In Jordane, nobiliſſimo amne,
 lavari voluit. Tum tota Palæſtina per-
 agrata, a Patriarcha Jerofolymitano, qui
 venientem honorifice exceperat, pluri-
 mis Reliquiis cumulatus reſreſſus eſt.
 In reditu Richardus Antiochiam diver-
 tens Simeonem monachum, ut ſupra me. *Sup. §. 27.*
 moravimus, viæ comitem accepit, &
 tandem conſecto perlongo itinere Virdu-
 num perveniens incredibili omnium læ-
 titia exceptus eſt.

Sæculum XI.

A.C. 1041.

1024. Heimone Episcopo Viridunensi anno fatis functo, successit Rambertus, qui annis quatuordecim sedit. Atque eo etiam e vivis migrante Henricus Niger Rex primo Imperii sui anno, nempe Christi millesimo trigesimo nono, Episcopatum Viridunensem Richardo Abbati contulit, quod munus ille a se amolitus Richardum, e Sacro fonte a se susceptum, Comitis Hildradi filium, ordinari curavit. S. Abbas senio prope confectus, exinde adhuc septennio superstes tandem decima quarta Junii, anno millesimo quadragesimo sexto, beatam mortem oppetiit. Reliquiæ, quas pectori proxime admotas portare solebat, cum ipso sepultæ.

§. XLIV.

*Michael Calæphatus Imperator. Tum
Constantinus Monomachus.*

Michael Paphlago Imperator morbo, cujus supra mentio nobis fuit, vehementer afflictus, abjecta salutis spe, tonderi voluit, accepitque habitum monasticum de manibus Cosmi monachi, cujus viri semper ejus lateri adhærentis consilio utebatur. Obiit tandem editis magnæ pœnitentiæ signis, ob nefas in Antecessorem suum peractum; nam si hoc probum abfuisset, vitam duxisset laude dignam. Extinctus est vero decima die Decembris anno a Mundo condito sexies mille.

millesimo quingentesimo quinquagesimo, ^{Sæculum XI.}
 Jesu Christi millesimo quadregesimo pri- ^{A.C.1041.}
 mo, Indictione decima, postquam annis
 septem & octo mensibus imperasset. Ita
 Zoe, a jugo Joannis Evnuchi, sub nomi-
 ne Michaelis fratris sui regnantis, libera-
 ta, sola rerum potiri ambiebat; sed cum
 tantam fortunam consequi nequaquam se
 posse intelligeret, alium nomine Michae-
 lem, defuncti Imperatoris ex sorore fi-
 lium, adoptavit, cognomento Calæpha-
 tum, quod ejus parens Stephanus Patri-
 cius aliquando *Calfateur*, seu navium Sti-
 pator fuisset. At eum terribilibus Sa-
 cramentis obstringere se se compulit,
 quod ipsam quoad viveret Dominam
 suam, & Matris loco, habiturus esset,
 nec unquam aliud, quam quod ipsa præ-
 scripisset, moliturus. Nihilominus vix
 elapso quatuor mensium spatio novus Im-
 perator aliorum consiliis eo adductus est,
 ut Zois Imperatricis fidem suspectam ha-
 beret, & metueret, ne sibi necem machi-
 naretur, sicut duobus Antecessoribus suis,
 quos veneno peremisse dicebatur. Ergo
 occupare feminæ consilia statuit, & ten-
 tatis populi animis id se tuto exequi pos-
 se ratus, Zoem noctu in Insulam Princi-
 pis relegat, Alexium Patriarcham custo-
 diæ tradit, & altera die, quæ erat Feria
 secunda post Octavam Paschæ, populo
 Decretum prælegi jubet, quo de his fa-

Sæculum XI. c̃tis rationem reddebat. At, in contra-
A.C. 1042. rium versis populi studiis, omnes exclamare: *Nolumus, ut nobis imperet Calaphatus perjurus, sed Imperii hæres, Zoe, Mater nostra!* Revocatur Theodora Zois Soror ex Monasterio, cui invita inclusa fuerat. Michael vero, postquam armis se tueri frustra conatus fuisset, ad Monasterium Studiense confugere, & Habitu monastico se se occultare cogitur, Feria IV. ejusdem Hebdomadæ, vigesima prima Aprilis, anno millesimo quadregesimo secundo. Verum furor populi non solum imperio, sed etiam oculis privatum in aliud monasterium proscripsit.

Feminæ imperant.
Pfellus. M.
S. to. 6.

Tum Zoem, solam rerum potiri cupientem populus compulit, ut Theodoram Sororem in Imperii consortium asciceret, regnaruntque ambæ mensibus tribus. Non aliud unquam exemplum constat, duas feminas Imperium fuisse moderatas; & tamen cuncti in conspectu earum trepidabant, usque adeo reverentia generis Basilii Macedonis animos Græcorum affecerat. Zoe ingenio promptiore prædita parcius tamen loquebatur; sed adeo erat munifica, ut prodigæ dici posset. Theodora tranquilliore animo multa verba faciens paucissima erogabat. Neutra vero parem regendis populis constantiam a natura acceperat; Præcipuis Reipublicæ negotiis muliebres

occu-

occupationes miscebant, nec ulla cura ^{Sæculum XI.}
 major quam aromata præparandi erat. ^{A.C. 1042.}
 Hoc unicum prope Zoïs studium, cujus
 conclave officinam dixisses, in qua in-
 gens Pharmacorum copia, & aliquot fur-
 ni, etiam tempore æstivo accensi, con-
 spiciebantur. Ceterum femina erat ma- ^{Sup. lib.}
 gna pietate, saltem si opera externa spe- ^{XLII. §. 5.}
 dentur. Celeberrimam Imaginem JE-
 su Christi, quæ *Antiphonetes* dicebatur,
 magna cura a se exornatam singulari ho-
 nore prosequabatur, sæpe coram ea pro-
 strata pectus pugnis tundebat, multas
 fundebat lacrymas, tanquam viventem
 alloquebatur, atque prout majorem mi-
 noremve fulgorem spargere ipsi videba-
 tur, de rerum futurarum eventu omen
 accipiebat.

Tandem post trium mensium lapsum
 intellexit Zoe, Imperium sine viro regi
 non posse. Ergo submota iterum Theo-
 dora Constantinum Monachum, a Joanne
 Evnucho in exilium pulsum, revocat, &
 quamvis sexagenaria esset major, eidem
 jungitur tertiis nuptiis, quæ eodem anno
 6550. seu 1042. undecima Junii celebra-
 tæ sunt. Altera die Constantinus ab
 Alexio Patriarcha coronatus annis dein-
 de duodecim imperavit. Anno sequen-
 te millesimo quadagesimo tertio, Indi- ^{Cedr. p. 758.}
 ctione undecima, vigesima prima Febr.
 obiit Alexius Patriarcha, postquam Se-

Sæculum XI. dem Constantinopolitanam occupasset
A.C. 1043. annis septendecim. In ejus domo in-
 venti sunt centenarii viginti quinque, id
 est, bis mille quingentæ auri libræ, ab
 ipso congestæ, quas Imperator tolli ius-
 sit. Successit Michael Cerularius, quod
 nomen a cera acceperat, monachum indu-
 tus, ex quo a Joanne Evnucho ob crimen
 læsæ Reipublicæ exilio damnatus fuerat.
 Is in Festo Annunciationis Beatæ Virgi-
 nis in possessionem Sedis suæ assertus est,
 & secunda Maji Joanni Spadoni oculi
 eruti sunt, quo tolerato supplicio non
 plus aliquot diebus superstes fuit.

§. XLV.

Rerum vicissitudo in Hungaria.

In Hungaria, defuncto Sancto Stephano,
 Petrus ejusdem ex Sorore nepos Rex
 salutatur. Cum vero, ex prosapia Ger-
 manorum ortus, populari in suos affectu
 Præfecturas & præcipua munera in Ger-
 manos spargeret, offensi Hungari Ovo-
 nem seu Abam, S. Stephani affinem, Re-
 gem sibi eligunt; unde Petrus tertio Re-
 gni sui anno fuga sibi consulere coactus,
 in Germaniam ad Regem Henricum ni-
 grum se recepit. At Ovo multum san-
 guinis humani fudit, viris de Senatu præ-
 cipuis tempore Quadragesimæ, verisimi-
 liter anno millesimo quadragesimo primo,
 crudelem in modum occisis. Tum ad
 cele-

Chro. Jo. de
Thuroez. c.
 35. 36.

vit. S. Ge-
rardi. Sur-
 24. Sept. &
Act. Ben.

celebrandum Pascha Chonatum, provin- Sæculum XI.
ciæ Morissenæ, ubi Gerardus Episcopus A.C. 1043.
erat, metropolim venit. Cum vero Ge-
rardus ab Episcopis & Optimatibus in-
vitaretur, ad coronam novo Regi impo-
nendam, venire recusavit. Quare cete-
ri Episcopi sine ipso Regis caput corona
ornarunt, ita enim illorum temporum
mos ferebat, ut Reges in omnibus Festis
Majoribus ab Episcopis coronam accipe-
rent.

Intrat ergo Rex Ovo Ecclesiam coro-
natus, plurimis de Clericis & populo co-
mitantibus, & Gerardus Episcopus con-
scensa Cathedra Regem, opera interpre-
tis, nam linguæ inter Hungaros vulgaris
ignarus erat, alloquitur in hunc modum:
*Quadragesimam instituendi primis aucto-
ribus ratio fuit, ut tempus esset, quo pec-
catores veniam & justi mercedem obtine-
rent. Tu vero hujus temporis Sanctita-
tem commissis paricidiis violasti, filiis
meis me privasti, & dulce nomen Patris
ademisti. Hinc tu hac die venia indignus
es. Cumque pro Jesu Christo mori non
timeam, prædicam, quæ tibi obtingent.
Tertio regni tui anno vindex scelerum
gladius te consequetur, regnum, vi &
fraude paratum, simul & vitam, amit-
tes. Regis amici, latini sermonis gnari,
obstupescunt ad tantæ audaciæ sermo-
nem, totius corporis gestu Interpretem
mone-*

Sæculum XI.
A.C. 1043.

nebant, ut taceret, & sic Episcopus Regis furori eriperetur. Sed Sanctus Vir videns, quod metu turbatus verba sua non amplius redderet, *Deum, non homines, time*, inquit, *honora Regem, & Patris tui sensum explica*. Tandemque ut rursus loqueretur coegit. Prophetia dono instructum fuisse Episcopum, illa quæ suo tempore secuta sunt, demonstrarunt. Prædixit quoque, in Hungaria bella & seditiones exorituræ, in quibus & ipse vitam positurus esset.

§. XLVI.

S. Gerardus in Hungaria.

Gerardus natione Venetus, adhuc puer monastico habitu indutus, cum Ierosolimam peregrinaretur, & diversaretur in Hungaria, S. Stephanus Rex ejus Doctrina & morum suavitate usque adeo captus est, ut non solum moraretur invitum, sed etiam custodes conducere, qui eum fugere non sinerent. Gerardus in Monasterium Beelense, a Sancto Rege ad preces Guntherii Eremitæ conditum, se recepit, ubi septem annos continuo jejunans & orans transegit, unicum habens Socium, Maurum monachum, exinde quinque Ecclesiarum Episcopum. Postquam vero S. Stephanus Rex Hungariam pacificavit, Gerardum e solitudine evocatum, ordinari Episcopum jussit, misit.

misitque ad prædicandam Jesu Christi fidem Regni sui populis, qui Sanctum Episcopum ut amantissimum patrem venerabantur. Crescente fidelium numero S. Rex ædificatis in præcipuis urbibus Ecclesiis, Gerardum Episcopum Sedi Chonateni S. Georgio Sacræ præfecit. In eadem Ecclesia extabat Sanctæ Virginis ara, atque ante eam thuribulum argenteum, in quo duorum piorum senum cura & sumptibus incensum perpetuo cremabatur, singulis vero Sabbatis Officium S. Virginis novem lectionum recitabatur. Quippe S. Stephanus Rex & tota Hungaria teneræ devotionis cultu S. Virginem prosequiebantur.

Gerardus Episcopus ea omnia, quæ ad decorem officii Divini pertinebant, maxima sollicitudine curabat, quod diceret, fidem nostram firmandam esse ritibus externis, qui sensibus placent. Hinc vinum generosissimum ad usum S. Sacrificii servabat, illudque tempore, quo æstivi ardores urunt, glaciei inseri jubebat. Non nunquam, ut corpus attereret, noctu surgens, accepta securi solus in silvam exibat, ligna cæsurus. Iter faciens non equo, sed vehiculo utebatur, quo Sacræ lectioni vacare posset. Nova industria vitam eremiticam cum Episcopatu conjunxit, nam cellulas ædificabat prope civitates, quas ad prædicandum Verbum Dei

Sæculum XI.
A.C. 1043.

Sæculum XI. Dei intrabat, atque etiam in remotiori-
A.C. 1044. bus Silvis, ubi noctem deinde transige-
 bat. Talis fuit S. Episcopi vita.

Ovo Germaniæ Regi infensus, quod
Herm. Chr. Petrum Regem excepisset hospitio, irru-
 1042. ptione in Bavariam anno 1042. facta,
 agros vastavit. Annis duobus gestum
 est hoc bellum, & tandem anno 1044.
 Henricus Rex Petrum in Regnum Hun-
 gariæ restituit, qui haud diu post captum
 Ovonem capite plecti iussit. Ita S. Ge-
 rardi vaticinium impletum est.

Eodem anno millesimo quadagesimo
Herm. 1043. quarto Henricus Rex Concilio Constan-
Marian. tiæ celebrato interfuit, ubi inprimis
 1044. omnia, quæ Principis ærario debebantur,
 remisit, tum omnes Sueviæ Optimates,
 aliosque, qui acerba odia exercuerant,
 reconciliavit. Denique pacis tranquil-
 litatem, qualem in eam usque diem po-
 puli ignoraverant, revexit, atque edito
 Decreto non solum in illa, sed etiam in
 cunctis Regni sui provinciis stabilivit.
 Inter hæc Henricus, elata priore uxore,
 Agnetem Guilielmi V. Ducis Aquitaniæ
 filiam duxit, eamque Moguntia coronari
 voluit.

§. XLVII.

Sæculum XI.
A.C. 1044.

*Silvester III. Tum Gregorius VI.
Papæ.*

Interea cum Benedictum IX. (*) Papam
infamis vita, rapinæ, cædes, quibus
populum Romanum vexabat, in dies ma-
gis invisum & intolerabilem efficerent,
ipso circa Festum Nativitatis Domini an-
no millesimo quadragesimo quarto, Pon-
tificatus sui duodecimo, Roma ejecto, in
ejus locum sufficitur Joannes Episcopus
Sabi-

*Papeb.conat.
Desid. Casin.
Lib. 3. Dial.
Sæc. 4. Act.
Ben. tom. 2.
p. 451.*

(*) De hoc Pontifice Natalis Alexander:
*Monstrum istud, & alia quædam passa est Eccle-
sia gemens & oppressa & Pontificem solo nomi-
ne Benedictum coluit, ut majus malum, scilicet
Schisma vitaret.*

In Nota deinde ab alio opposita legitur:
*Merito Baronius dubitat Benedictum IX. æta-
tis annorum decem vel duodecim Pontificatum
quamvis malis artibus adeptum esse. Mendum
esse apud Glabrum cum eodem alii opinantur, &
ubi narrat, annorum fuisse circiter duodecim le-
gendum putant circiter duo de viginti, & ubi di-
cit decennis egendum vicennis. In hanc abie-
runt opinionem, quia testatur S. Petrus Damia-
ni, nec ipse Glaber diffitetur, ab exordio suæ
creationis usque ad finem semper luxuriis inqui-
natum fuisse, quod de puero decenni dici ne-
quit. Lectoris judicium esto.*

Sæculum XI. Sabinensis, & vocatur Silvester III. (*)
 A.C. 1044.

At Simoniace ingressus, Sacram Sedem non plus tribus mensibus tenuit; nam Benedictus e potenti Comitum Tusculanorum familia ortus, propinquorum suorum auxilio urbem aggressus, denuo intra mœnia admissus est. Verum cum probra probris cumlaret, seque a Clericis & populo contemptui haberi intelligeret, recedere statuit, ut ab importunis censoribus liber flagitiis immergi posset. Itaque, acceptis mille quingentis denariorum libris, Pontificatum reliquit Joanni Gratiano Archipresbytero, ejus virtutes Romani Clerici omnes maximi faciebant. Tum Benedicto extra civitatem in prædia sua excedente Joannes Gratianus die Dominica, vigesima octava Aprilis anno 1045. Papa ordinatus, Gregorius VI. dici voluit. Sedit vero viginti circiter mensibus. Glaber Monachus, illius ævi Scriptor, Historiam suam, postquam Benedictum Papam expulsam retulit, his verbis claudit: *In ejus locum subrogatus est vir piissimus & explorata Sanctitatis, Gregorius, patria Romanus, cujus bona fama scandalum ab Antecessore ipsius datum sustulit.*

Petrus

(*) Scriptores alii huic Silvestro neutiquam inter Pontifices legitimos, sed inter Antipapas locum assignant.

Petrus Damiani Fontisavellanæ Abbas, vir jam tunc meritis clarus, datis ad Gregorium VI. Papam literis, suam, ob ejus Ordinationem, totiusque Ecclesiæ lætitiā professus est, quod cuncti sperarent, fore, ut ipso sedente, Simonia aboleretur. *Verum, inquit, quantum spei concipiendum sit, omnes ex eo metientur, quod in Ecclesia Pisauriensi futurum est. Nisi enim illa de manibus viri bujus adulteri, incesti, perjuri, furis eripiatur, perit populorum spes. Si vir pessimus in Sancta Cathedra sedere permittatur, nemo credet a Romana Sede boni aliquid proficisci posse.* Data ad eundem Papam altera epistola, dicit: *Scito, in pœnam peccatorum nostrorum fieri, quod in nostris regionibus nullus reperiatur Clericus Episcopatu dignus. Omnes bonoris fastigium affectant, quod non merentur. Nihilominus pro ratione temporis & penuria virorum idoneorum, ille Archipresbyter ad Episcopatum Forosempronianum promoveri posse mihi videtur, etiamsi hanc Dignitatem ardentissime quæsierit, cum ceteris Clericis aliquantum melior sit, & Decretum Electionis a Clericis & populo habeat. Peccatum ambitionis pœnitentia deleat, & consecratur, si hanc tibi voluntatem Deus indiderit. Id solum rogo, si hunc ordinare nolueris, ne alium, priusquam mihi communicaveris consilium, in eam Sedem evebas.*

Hist. Eccles. Tom. XIV. Y §. XLVIII.

Sæculum XI.
A.C. 1045.

§. XLVIII.

S. Petri Damiani Exordia.

vit. Sæc. 6. **P**etrus Damiani Ravennæ anno millesimo septimo natus est. Cum esset natu minimus ex magno liberorum numero, unus filiorum jam grandior ad matrem conversus exclamavit: *pro pudor! quam male sibi congruunt hæredum turba, & hæreditas angusta!* ad cujus verba mater vehementius indignata, complexis manibus vociferari, miseram se, & ipsa vita indignam, Tum parvulum lacte materno privat, & abjicit. Pusio desertus brevi fame & algore nigrescere cœpit, & sine voce languere; cum quædam mulier, quasi domestica, superveniens matrem corripit his verbis: *Nunquid, Domina, hoc matrem Christianam decet, quod non probatur esse tigridis vel leonæ? at hic forte, qui nunc ita projicitur, si ad maturam ætatem pervenerit, locum inter suos non infimum obtinebit.* Tum non ignava ad focum confidet & infantuli corpusculum calida adipe perungit, donec spiritus & color redirent. Mater quoque intimis commota visceribus prolem denuo recipit & nutrit.

Petrum deinde pueritiam necdum egressum, jamque utroque parente orbatum, aliquis ex fratribus natu majoribus,

bus, uxorem habens, educandum qui-
dem suscepit, sed ambo avaritiæ vitio la-
borantes parvulum ut vile mancipium
torquebant. Torvis innocentem intue-
bantur oculis, servorum cibariis pasce-
bant. Nudis pedibus incedere cogeba-
tur, vix satis centonibus tectus. Pugno-
rum ac calcium ictibus crebrius subja-
cebat. Porro grandiusculus ad porcos pa-
scendos mittitur. Inedia laborans qua-
dam die Petrus nummum argenteum re-
perit. Jamque subito dives sibi videbatur,
& gratulabundus mente revolvebat,
quid sibi aptius & utilius eo mercaretur.
Tandem secum ipso ait: *Quidquid eli-
gam, non erit diuturna voluntas, præstat
ergo, ut hanc pecuniam tradam Presbyte-
ro, qui Deo Sacrificium offerat pro patre
meo.* Itaque illud solum elegit, quod
mansurum in æternum speravit.

Exinde Petrum fratrum suorum alius,
nomine Damiani, ex illa miseria eripuit,
& in domum suam susceptum leni & pa-
terno affectu aluit. Hic Damiani Eccle-
siæ Ravennatensis Archipresbyter fuit,
& postea monachus, atque verisimile est,
Petrum nostrum a fratribus, Benefactoris
sui, nomine cognomentum accepisse.
Hujus præterea fratris sui cura literis
imbuendus traditus est, primo Faventiæ,
& deinde Parmæ, ubi Ivonem Magi-
strum nactus est. Cumque esset admo-
dum

Sæculum XI.
A.C.1045.

Sæculum XI. dum docilis, eum fructum hausit, ut in
A.C. 1045. Scientiis liberalibus brevi aliis erudien-

Opus 45.
c. 6.

dis par fuerit, Discipulorum turba ad Do-
ctrinæ ipsius famam undique confluente.
Inter ista melioris fortunæ blandimenta
& affluentes divitias, nullatenus tamen
illecebris Venereis capi se passus, ita se-
cum argumentabatur: *Cur delecter præ-
sentibus, & brevi perituris inhæream? si
vero his aliquando renunciandum est, an
non id Deo multo acceptius erit, si renun-
cio dum ætas viget, & mulcent prospera?*
Ergo exinde sub mollibus vestibus cilli-
cium portare, jejuniis, vigiliis, orationi
vacare cœpit. Quando noctu stimulis
carnis acriter urgebatur, consurgens e
strato corpus aquis fluvialibus immerge-
bat. Tum adibat Ecclesias, & totum
Psalterium ante Officium Divinum reci-
tabat. Largas dabat eleemosynas, in-
structis convivii pauperes sæpe pasce-
bat, & suis manibus ministrabat.

Tandem Petrus, mundo penitus re-
licto, Institutum Monasticum amplecti
decrevit, sed extra patriam, ne propin-
qui amique impedimento essent. Cum
illis cogitationibus colluctanti obvii facti
sunt duo Eremicolæ ex deserto Fontis-
avellanæ*, cujus loci fama ad eum pri-
dem pervenerat. Cumque ipsis vehe-
mens desiderium solitudinis aperuisset,
dubitantem in proposito confirmarunt.
Tum

*Subintelli-
gitur Crucis.

Tum illico inde profecturos sequi volenti ^{Sæculum XI.}
 promiserunt, Abbatem suum, si veniret, ^{A.C. 1045.}
 novitium lubenter suscepturum. Ille
 vas argenteum dono offert, quod suo no-
 mine Abbati darent; verum responde-
 runt, nolle se munus recipere, quod am-
 plum nimis esset vas, & iter facientibus
 incommodum. Petrus, miratus homines
 ab omni cupiditate adeo liberos, multo
 magis ad contemptum pompæ & divitia-
 rum hujus Sæculi accensus est. Ut au-
 tem vires suas probaret, in cellula, illis
 quas Eremitæ habebant non absimili, dies
 quadraginta transegit; postea captato
 tempore suorum vigilantiam fefellit, &
 ad Fontisavellanam commeavit, ubi cui-
 dam fratri informandus de more tradi-
 tus est. Ille Novitium ad cellulam de-
 ductum linea vestimenta omnia depone-
 re jubet, cilicio induit, & ad Abbatem
 reducit, quo præcipiente statim Cucullo
 contegitur. Mirabatur Petrus, quod Sa-
 cer habitus sibi necdum probato, nec sup-
 plicanti conferretur; sed Præpositi im-
 perio se subjecit, quamvis illa ætate ha-
 bitum recipiens simul perpetua vota pro-
 fiteri existimaretur.

Desertum Fontisavellanense Sanctæ
 Cruci Sacrum in Umbria & Diœcesi Eu-
 gubina, ubi S. Romualdus aliquamdiu
 versatus fuerat, situm erat. Eremitæ
 ibi habitantes, bini in cellis separatis de-
 gebant,

Sæculum XI.
A.C. 1045.

Petrus Mo-
nachus.

gebant, Psalmodiæ, Orationi, & Lectio-
ni continuo intenti. Quatuor in Heb-
doma diebus solo pane & aqua reficie-
bantur, Feria III. & V. manducabant pau-
xillum leguminis, quod ipsi in suis cellu-
lis coquebant. In diebus jejunii certam
panis mensuram tenebant, nullus vini
usus nisi in Sancto Sacrificio, & in refocil-
lationem ægrotorum. Nudis pedibus in-
cedebant semper, flagellis corpus afflige-
bant, frequenter genuflectebant, pectus
pugnis verberabant, expansis brachiis
perseverabant, pro cujuscunque viribus,
vel devotionis fervore. Officio noctur-
no finito totum Psalterium, priusquam
illucesceret, recitabant. Petrus vero diu
ante, quam signum ad Nocturnos daretur,
vigilabat, & postea tamen cum aliis ora-
bat, bene gnarus, opera peculiaria pro-
priae voluntatis non omisis illis, quæ
omnibus præcepta sunt, peragi debere.

Multum vigilando Petrus morbum
contraxit, quem insomniam dicunt, ab
eo tandem liberatus, exinde caute & se-
cundum prudentiæ Regulas egit. Tum-
que aliquot horas studiis consecrans, tan-
tum etiam in Doctrina S. Scripturæ, quan-
tum antea in scientiis profanis excelluit.
Ergo Præposito suo præcipiente Oratio-
nes ad fratres habere cœpit. Et paulo
post ejus eruditionis fama ad alia mona-
stera pervadente, S. Guido Abbas Pom-
posii

posui prope Ferrariam Abbatem Fontis-^{Sæculum XI.}
avellanæ rogavit, ut sibi Petrum mitte-^{A.C. 1045.}
ret, a quo Congregatio ipsius centum
monachorum informaretur. Duobus
annis Petrus Damiani ibi fuit, magno ani-
marum fructu ad fratres sæpe perorans.
Tum ab Abbate suo revocatus ad Petram
pertusam, Monasterium amplissimum, S.
Vincentio Sacrum, mittitur, Conciona-
toris officio functurus. Tandem Abbas
Fontisavellanæ Petrum invitum, consen-
tientibus vero fratribus, Successorem si-
bi designavit. Quo Abbate defuncto
non solum hanc Congregationem rexit,
auxitque, sed etiam alias quinque nu-
mero æquales fundavit. Guido Abbas
Pomposii rebus humanis exemptus est
trigesima prima Martii anno millesimo
quadragesimo sexto, postquam huic Mo-^{Ab. SS.}
nasterio annis quadraginta octo tum per ^{Ben. Sæc. 6.}
se ipsum, tum per alios Abbates, quos ^{p. 508. Boll.}
Vicarios constituebat, ipse solitudinis ^{31. Mart.}
amantissimus, præfuiisset, Sanctorum post
obitum Catalogo adscriptus.

§. XLIX.

Gregorius VI. abdicat se dignitate.

Clemens II. Papa.

Cum Gregorius VI. ad clavum Ecclesiæ ^{Vill. Malin.}
sedere cœpit, Res Ecclesiæ Romanæ ^{Reg. lib. II.}
usque adeo erant accisæ, ut præter pau-^{c. 13.}
cas civitates Romæ proximas & Oblatio-

Sæculum XI. nes Fidelium, vix quidquam superesset,
A.C. 1045. quo sustentaretur summus Pontifex. Patrimonia omnia remotiora in vasa occupabant. Vias totius Italiae publicas latrones infestabant; unde Peregrini tuto commeari non poterant, nisi tanto numero conjuncti, ut invadentibus se viribus superiores essent. Raro itaque ad limina Apostolorum pergere licebat. In ipsa Urbe fures & Sicarii impune sæviabant. Quin & super Altaria atque SS. Apostolorum sepulchra grassatorum nudi enses fulgebant, cum munera a Fidelibus vix deposita diriperentur, quæ deinde ad instruenda convivium & alendas pellices impendebantur.

Quare initio Gregorius improbos ad emendationem exhortabatur, quam horrendis criminibus se se polluerent docebat, iisque, qui paupertate impulsus in similia facinora proruebant, honesta vitæ subsidia promittebat. Datis ad Usurpatores Patrimoniorum Ecclesiæ litteris præcepit, ut ea restituerent, vel in Judicio probarent, quo jure ea retinerent. Cum verba parum efficerent, Papa Censuram excommunicationis adhibuit, qua in furorem acti seditiosi Romam armati contendunt, extrema minantur, Papam ad necem quærunt. Itaque & Pontifex vim vi repellere parat, arma, equos, milites contrahit. Tum non alium locum prius, quam

quam S. Petri Basilicam, illis, qui oblata ^{Sæculum XI.} diripiebant, occisis vel ejectis, occupat. ^{A.C.1046.}

Receptis deinde compluribus Ecclesiæ fundis, iter facientibus securitatem præstitit, gaudentibus Peregrinis, & econtra Romanis, raptò vivere assuetis, conquirentibus, quod Papa vir esset sanguine humano pollutus, & indignus, qui S. Sacrificium Deo offerret, postquam tot cædes ipso vel auctore, vel conscio commissæ fuissent. Quin etiam Cardinalibus sermones populi probabantur.

Conjectura est, his questibus motum Germaniæ Regem Henricum Nigrum in Italiam venisse, ut concordiam Ecclesiæ reduceret. Nam Benedictus IX. & Silvester III. Romanorum Pontificum Titulum servabant, & cum constaret, Benedictum accepisse pecuniam, ut Gregorio locum daret, & ipse per Simoniam in Sacram Sedem irrepsisse dicebatur. Rex, Festo Pentecostes Aquisgrani celebrato, *Herm. Chr.* anno 1046. Widgerum ad Regiam vocat, quem, postquam Archiepiscopus Ravennatensis electus fuisset, & hanc Sedem biennio tenens multa contra fas & crudeliter egisset, sua Dignitate privavit. Italiam sub finem ejusdem anni ingressus Concilium Ticini celebrari curavit, atque inde Placentiam delatus Gregorium VI. Papam ad se venientem honorifice excepit. *104.*

Y 5

Circa

Sæculum XI. Circa Festum Natalis Domini Henricus Synodum Sutrii prope Romam convocavit, quo invitatus Gregorius venit, sperans fore, ut solus Legitimus Pontifex promulgaretur, sed causa ventilata contrarium evenit, nam convictus est, ut plerique Auctorum loquuntur, quod contra Canonum præcepta in Sacram Sedem se se intrusisset. Alii credunt, quod amore pacis sponte Pontificatu cesserit, & legitimæ locus fuerit defensionis, cum sine Simonix labe pecunia Benedicto dari potuerit, ut a tali monstro Ecclesia liberaretur. Porro illud exploratum habemus, Gregorium se Pontificatu abdicasse, Sedem reliquisse, ornamenta Pontificis deposuisse, & Baculum pastorem reddidisse, postquam viginti ferme mensibus Papa fuisset. Itaque Sedes S. Petri vacans declaratur, & Rex Henricus cum Episcopis, qui Concilium Sutrinum celebraverant, Romam delatus, communi tam Romanorum quam Germanorum consensu Suidgerum natione Saxonem, Episcopum Bambergensem, Papam eligi curat, quod nullus in Clericis Romanis inveniretur dignus, qui tantæ Ecclesiæ præesset. (*) Adalbertus Archiepiscopus

(*) Ad hunc locum Eminentissimus Baronius: Porro ex eventu, qui feliciter cessit, cum Tuscanorum

pus Hamburgensis, in hoc itinere Henri-
cum Regem secutus, a spe Summi Ponti-
ficatus proxime abfuit; sed maluit effi-
cere, ut Collega suus Suidgerus maximi
honoris apicem attingeret. Novus Pa-
pa assumpto Clementis II. nomine in Fe-
sto Nativitatis Domini consecratus ea
ipsa die Henricum Regem & Agnetem
Imperatricem corona Imperii Romani
redimivit.

§. L.

*Halinardus Archiepiscopus Lugdu-
nensis.*

Henricus profectionis Italicae comitem
habuit Halinardum, nuper Archie-
pisco-
vit. Sæc. 6.
Ben. par. 2.
p. 34.

lanorum Comitum fuit audacia factiosa com-
pressa, laudata reperitur a pluribus Henrici Re-
gis detestanda præsumptio, qua negotium fa-
cessere Gregorio legitimo Christi Vicario . . .
non est veritus &c. Tum iterum: qui quidem
pervicax error transiit in Hæresim, dictam Hen-
ricianam, communem cum Politicis nostri tem-
poris, qui volunt Imperatoribus sive Regibus
non temporalia tantum, sed Spiritualia esse subje-
cta. Et infra: Velamentum fuit fraudis &
adinventus prætextus, quod eligeretur peregri-
nus eo, quod Romæ non reperiretur idoneus.
Nam quis magis idoneus ipso Gregorio, quem
viri Sanctissimi atque doctissimi ejus temporis
summis laudibus prædicarunt?

Sæculum XI. A.C. 1046. Episcopum Lugdunensem creatum. Is in Burgundia natus, atque deinde ex Canonico Lingonensi Monachus ad S. Benignum Divione, sub Guilielmo Abbate, ipso iubente Prioris munus subiit, & eodem vita functo Abbas electus est, perinde Roberto & Henrico Regibus Franciæ ac Imperatoribus Conrado & Henrico

Sup. §. 42. carissimus. Superius memoravimus, eum recusante S. Odilone ab Henrico Imperatore Archiepiscopum Lugdunensem fuisse designatum. Cum vero Udalricus, cui Halinardus hanc Dignitatem reliquerat, ea non plus annis quinque potius esset, ab æmulis veneno sublatus, omnes Clerici populusque Lugdunensis, missa ad Regem Legatione, Halinardum sibi ordinari Archiepiscopum instantissime petierunt. Et lætus Rex assentiebatur, Halinardus vero tamdiu moras nexuit, donec Gregorio VI. Pontifici districte præcipienti obtemperandum fuit.

Matth. 5. 34. Halinardum venientem, ut Investituram acciperet, cum Rex de more ad præstandum iuramentum vellet compellere, *Reg. c. 4.* respondit: *Evangelium & Regula S. Benedicti jurare vetant; si has leges violavero, quomodo Rex sperare possit, me huius iuramenti fidem sanctius servaturum? mallet Episcopatum fugere.* Episcopi Germani, præsertim Spirensis, in qua civitate.

tate tunc Imperator morabatur, urge-
bant, ut juramentum, quod omnes edi-
derant, & ipse pronunciare juberetur,
sed Theodoricus Metensis, Bruno Tuller-
sis, & Richardus Abbas Viridunensis, Ha-
linardi amici, quibus explorata erat viri
constantia, Regi suaserunt, ne vehemen-
tius instaret. Dixit Rex: *Saltem in con-
spectum meum veniat, ut morem servasse
videatur.* Verum Halinardus: *Eadem
culpa est, rem malam simulare ac facere.
Hoc Deus nolit!* Non ergo aliud Regi
superfuit, quam simplici ejus promissione
contentum esse. Adfuit Rex, cum con-
secraretur, & omnes sumptus ad hanc
pompam adornandam necessarios ex suo
æratio conferri jussit. Sic Halinardus
anno millesimo quadragesimo sexto ab
Hugone Archiepiscopo Vesuntionensi
Archiepiscopus Lugdunensis ordinatus,
Regem Romam proficiscentem eodem
anno comitatus est. Eum, virum miti-
simæ indolis, & eloquentissimum maximè
fecerunt Romani; nam omnium natio-
num, lingua latina utentium, dialectum
tam perite pronunciabat, ac si inter illos
populos natus fuisset, id est, ut ego ar-
bitror, linguæ Italicæ, Gallicæ, aliarum-
que linguarum vulgarium, quæ ex cor-
ruptione Latinæ nascebantur, gnarus
erat.

§. LI.

Sæculum XI.
A.C. 1047.

Sæculum XI.
A.C. 1047.

§. LI.

Concilium Romanum.

tom. 9. Conc. p. 1251. Herm. Chr. 1047. Clemens Papa II. ordinatus statim initio Januarii anno millesimo quadragésimo septimo Concilium Romæ convocavit, in quo lis de servando ordine inter Archiepiscopum Ravennatem & Mediolanensem jam diu durans tandem composita. Nam uterque sibi locum competere a dextris Papæ contendebat. Archiepiscopus Ravennas electus & necdum consecratus tunc erat Humfridus, Imperatoris in Italia Cancellarius, cui nuper hanc Dignitatem contulerat. In prima vero hujus Concilii Sessione, cum Archiepiscopus Mediolanensis necdum advenisset, Patriarcha Aquilejensis ad dextram Papæ confedit, Sede tamen vacua Imperatoris Henrici, qui in momenta venturus credebatur, relicta. Archiepiscopus Ravennas ad sinistram sedebat. Tunc autem supervenit Archiepiscopus Mediolanensis, qui cum dextrum latus peteret, Archiepiscopus Ravennas reclamavit, sibi competere hunc locum. Idem etiam Patriarcha Aquilejensis contestabatur.

Producitur Catalogus Archiepiscoporum, qui Concilio Symmachi Papæ interfuerant, ubi Archiepiscopus Mediolanensis primo loco sederat. Sed contra etiam

etiam affertur Decretum Joannis Papæ, ^{Sæculum XI.}
Symmachi Successoris, in quo dicebatur, A.C. 1047.
Archiepiscopum Ravennatē loco suo
cessisse hac vice solum, salvo in futurum
jure suo, cui nempe ad dextram Pontifi-
cis sedere semper competeret, nisi forte
adesset Imperator, quo casu ad sinistram
transiret. Patriarcha quoque Aquilejen-
sis privilegium habebat a Joanne XIX.
Papa acceptum, quo ipsi ad dextrum la-
tus sedere concedebatur. Tum omnes
rogantur sententiam dicere, primo Epi-
scopi & Clerici Romani, quorum major
auctoritas & hujus causæ cognitio erat,
deinde Germani, qui cum Imperatore ad-
venerant. Joannes Episcopus Portuen-
sis, & Petrus Diaconus atque Ecclesiæ
Romanæ Cancellarius, pro Ecclesia Ra-
vennatē sententiam tulerunt, quam
Poppo Episcopus Brixinonensis suo cal-
culo confirmavit, toto deinde consen-
tiente Concilio.

A vero abludere non videtur, ad ex-
tirpandam sensim Simoniam, in toto Oc-
cidente impune grassantem, in eodem
Concilio inter alia statutum fuisse, ut
quicumque ordinatus fuisset a Simonia-
co, quem talem esse novisset, nihilomi-
nus post peractam quadraginta dierum
pœnitentiam, Ordinis sui munere fun-
geretur. Henricus Imperator haud diu
Romæ moratus Apuliam petiit, secum
dedu-

*Glab. lib. V.
c. ult. Pet.
Dam. opusc.
VI. Gratiss.
c. 27. 35.*

*Imperator in
Apulia.
Chron. Cass.*

Sæculum XI. deducens Clementem Papam, quem ad
A.C. 1047. excommunicandos cives Beneventanos
 compulit, quod se intra mœnia recipere
 detrectassent. Papa Salerni degens, a
 Herm. Chro. Principe Gaimaro rogatus indulgit, ut Jo-
 annes Episcopus Pestanus ad Archiepisco-
 patum Salernitanum cum potestate ordi-
 nandi septem Episcopos vicinos, quos
 Papa imposterum ordinare non posset,
 transferretur. Hæc Bulla 21. Martii, an-
 no 1047. data est.

Cum Imperator in Italia versaretur,
 vocari iussit Petrum Damiani, qui consi-
 liis bonis Papam adjuvaret. Excusavit
 vero Petrus, quod non veniret, datis ad
 Papam literis in hunc ferme sensum: Im-
 ep. 3. perator sæpius mihi mandavit, imo, si
 fas est dicere, me rogare dignatus est, ut
 me ad te conferam, relaturus, quid in no-
 stræ regionis Ecclesiis agatur, & consilia
 suggesturus, in isto rerum statu utilia.
 Et cum onus recusarem, districte præcepit.
 Quin & misit epistolam tibi reddendam,
 quam ut legas rogo, & jubeas, ut me iti-
 neri dem, si ad te proficisci necessarium sit.
 Absit enim, ut hic illucque commeando
 optimum tempus perdam. Sed etiam do-
 lore obruor, cum videam bujus provincia
 Ecclesias malorum Episcoporum & pravo-
 rum Abbatum culpa cum extrema calami-
 tate colluctari. Quid autem nobis pro-
 sit dicere, Sacram Sedem e tenebris in lu-
 cem

cem emerfisse, dum nos densis tenebris se-
pulti bæremus? quid juvet me frumen-
tum in horreo, si fame pereo? cui bono
gladius gestatur, qui nunquam e vagina
educitur? Dum videmus furem Fanensem,
etiam a Pseudo-Papis excommunicatum,
Oximanum, nefandis criminibus infamem,
aliosque non minus sceleratos, triumphan-
tibus similes Roma redire, spes nostra in
merorem vertitur. Nos vero speraba-
mus, te redempturum Israel. Fac igitur,
Sancte Pater! ut Iustitia pæne op-
pressa resurgat. Vigorem Disciplina ad-
bibe, fac, ut improbi coerceantur, & hu-
miles subleventur.

Sæculum XI.
A.C.1047.

Luc. 24. 21.

Herm. Chro.
1047.

Imperator iter in Germaniam faciens
Festum Resurrectionis Domini, quod il-
lo anno 1047. in decimam nonam Apri-
lis incidebat, Mantuæ celebravit. Ab-
latum e civitate Parmensi corpus S. Gui-
donis, Abbatis Pomposiani, anno supe-
riore defuncti, & jam tunc editis pluri-
bus miraculis celeberrimi, Spiram trans-
tulit. Augustam tempore Rogationum
perveniens, Gebehardo Episcopo illis
diebus mortuo, in ejus locum Henricum
Capellanum suum subrogavit. Tum Fe-
sto Pentecostes Spiræ celebrato, Episco-
patum Metensem, mortuo Theodorico,
Adalberoni, & Archiepiscopatum Trevi-
rensem, defuncto Poppone, Eberhardo,
Præposito Wormatiensi, contulit. Haud
Hist. Eccles. Tom. XIV. Z mul-

Sæculum XI. multum abhinc temporis Henricus Ec-
A.C. 1047. clesiæ Constantiensi Theodoricum Archi-
 capellanum suum, & Præpositum Eccle-
 siæ Aquisgranensis, Ecclesiæ Argentora-
 tensi Herrandum Præpositum Spirensē,
 & Virdunensi Theodoricum Præpositum
 Basileensem, præfecerat.

Clemens II. Papa Imperatorem in
 Germaniam secutus, obiit hoc ipso anno
 nona Octobris, postquam menses novem
 & dimidium in Petri Cathedra sedisset.
 Sepultus est Bambergæ, cui Ecclesiæ antea
 præfuerat, ubi hodieque ejus Sepulchrum
 visitur. Post obitum Clementis, Roma-
 ni Halinardum Archiepiscopum Lugdu-
 nensem Papam sibi exoptarunt, nam Im-
 perator, donata magna pecuniæ summa,
 pactus fuerat, ne se inconsulto Papam
 eligerent. At Halinardus caute Regiam
 devitavit, usque dum alius ad Summi
 Pontificatus apicem electus fuisset.

§. LII.

Martyrium S. Gerardi in Hungaria.

Jo. de Thu- Dum hæc alibi geruntur, Hungari Regi
roez. c. 30. Petro semper infensi, tres viros prin-
 cipes, olim fuga sibi consulere coactos,
 Andream, Belam & Leventeum, ex S.
 Stephani genere ortos, revocarunt. Cum-
 que illi advenissent, seditiosi licentiam
 sibi dari contumaciter petierunt, qua,
 sicut majores sui, moribus paganorum vi-
 verent,

verent, Episcopos & Clericos necarent, *Sæculum XI.*
 Ecclesias destruerent, Religionem Chri- *A.C. 1047.*
 stianam devoverent, Idola adorarent.

Quid agerent Andreas & Leventeus, nam
 Bela necdum redierat? nempe furori po-
 puli cedendum fuit, cum non aliis con-
 ditionibus contra Petrum Regem dimi-
 caturus se plerique affirmarent. Qui-
 dam Vatha omnium primus Deorum
 cultum professus caput sibi rasit, relictis
 tribus floccis temere dependentibus, cu-
 jus hortatu Hungari passim sacrificare
 Damonibus & carnes equinas comedere
 cœperunt. Christianos sive Clericos,
 sive Laicos neci dabant, Ecclesias flam-
 mis vastabant. Tandem in Petrum Re-
 gem aperte rebelles, omnes Germanos
 & Latinos, quos ad diversa munia ob-
 eunda in Hungariam sparserat, probrosa
 morte tollunt, mittuntque ad Petrum
 immanem Legationem, quippe signifi-
 cari jubebant, Episcopis, Clericis & omni-
 bus decimarum Exactoribus moriendum
 esse, Cultum Deorum restituendum, &
 Petri memoriam ex omnium postero-
 rum mente delendam.

Tum Andreæ, & Leventeo cum co-
 piis usque ad oppidum, vulgo *Pest*, in
 ripa Danubii positum, progredientibus
 Episcopi quatuor Gerardus, *Bextrit*, Bul-
 dius, & Benetha, cum eos venire compe-
 rissent, Alba egressi obviam processe-
 runt,

Sæculum XI. runt, ut honorifice exciperent. Ubi in
A.C. 1047. locum, qui *Giord* dicebatur, pervenerunt,
 Missæ a Gerardo celebratæ interfuere,
 qui priusquam Sacra exordiretur Colle-
 vit. *S. Ge.* gas allocutus, *scitote, Fratres mei!* in-
ard. Sac. 6. quit, *nos hodie, Episcopo Benetha exce-*
Ben. p. 630. pto, *Martyrii palmam consecuturos.* His
 dictis, cum omnes Sacra Communionem
 refecisset, usque ad supra dictum pagum
Pest iter proseguuntur. Ibi vero a Va-
 tha ejusque Satellitibus infidelibus cin-
 guntur, & injecta saxorum grandine la-
 cessuntur. Necdum tamen hoc primo
 impetu læsus est Gerardus Episcopus,
 qui in vehiculo suo sedens saxi volan-
 tibus nihil aliud opponebat, quam Bene-
 dictionem suam & signum Crucis, quod
 super hostes continuo formabat. Illi
 everso vehiculo Episcopum in terram ef-
 fusum lapidibus conterunt alta voce cla-
 mantem: *Domine Jesu Christe! ne sta-*
tuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid
faciant. Tandem aliquis hasta corpus
 jacentis perforat, ex quo vulnere ani-
 mam exhalavit. Duo quoque Episco-
 pi *Beztrit*, & *Buldius* & permulti Chri-
 stiani occisi. Sed superveniens Andreas
 Dux Benetham Episcopum a morte libe-
 ravit. Ita omnibus patuit, veram fuisse
Martyr. Ro. 24. Sept. Prophetiam Gerardi, quem Ecclesia in-
 ter Martyres ipsa die, qua passus est, vi-
 gesima quarta Septembris, colit.

Cete-

Ceterum Petrus Rex captus & occæ- Sæculum XI.
A.C. 1048.
catus paucos post dies ex dolore obiit;
Endre vero seu Andreas Dux Alba regali
eodem anno millesimo quadragesimo se-
ptimo a tribus Episcopis, qui post barba-
ram Christianorum cædem supererant,
coronatus est. Tunc vero Lege edita
omnes Hungaros, addita probrosissimæ
necis comminatione, Deorum cultum ab-
jicere, Religionem Christianam recipe-
re, & secundum Leges a S. Stephano
Rege suo acceptas vivere iussit. Magno
etiam Religionis Christianæ bono acci-
dit, ut eodem tempore Leventeus fatis
fungeretur, qui si diutius vitam protra-
xisset, & potestatem Regiam esset asse-
cutus, sine dubio Idololatriam revexis-
set. Andreas Rex Monasterium S. Ania-
no dedicatum in quodam loco Typhon
dicto ædificavit, atque exinde Hungaria
a Christianis Sacris nunquam recessit.

§. LIII.

S. Bartholomæus Tusculanus.

Inter hæc Romæ Benedictus IX. in Festo M. S. ap. Pa-
pebr. Chro.
Cass. lib. II.
c. 81.
vit. Barthol.
in thesaur.
Ascet. Poss.
p. 429.
Benedictus
Papa.
quatuor Coronatorum, die Dominica,
octava Novembris, anno millesimo qua-
dragesimo septimo, Sacram Sædem ter-
tio invasit, eamque octo mensibus & die-
bus decem, usque ad Festum S. Alexii,
decimam septimam Julii, anno millesi-
mo quadragesimo octavo tenuit. Tan-
dem

Sæculum XI. dem subeunte animum pœnitentia, ac
A.C. 1048. cerfeto Bartholomæo Abbati in *Grotta*
Ferrata peccata sua aperuit, & reme-
 dium petiit. S. Abbas ab omni assentan-
 di studio remotissimus candide edixit,
 neutiquam ipsi licere officio Sacerdotali
 fungi, sed potius omnes cogitationes eo
 esse convertendas, qua ratione per pœ-
 nitentiam Deo reconciliaretur. Porro
 Benedictus amici consilium amplexus
 Dignitate se abdicavit.

Bartholomæus Abbas Rosciani in Ca-
 labria parentibus, Constantinopoli oriun-
 dis, natus, & eorundem cura literis im-
 butus, adhuc puer in vicinum monaste-
 rium missus est, ubi jam tunc inter co-
 ævos virtutum splendore eminuit. Cum
 vero de vita Sancti Nili Popularis sui mi-
 rabilia percepisset, patria furtim relicta,
 ad eum in Campaniam se contulit. Ibi
 Sanctus Abbas, quamvis Discipulos nu-
 meraret omnino sexaginta, nihilominus
 juvenem Bartholomæum ob egregios mo-
 res ceteris omnibus præposuit. Bartholo-
 mæus S. Nilum ad Canobium, *Grotta*
Ferrata, transeuntem secutus, ipso de-
 functo a fratribus in Abbatem deposce-
 batur. Et tunc quidem juventutem ob-
 tendens onus effugit, sed post mortem
 duorum succedentium Abbatum, cum
 nulla excusatio suppeteret, tertius S. Nili
 Successor electus est.

Ad

Ad Dignitatem Abbatialem evectus Sæculum XI.
A.C. 1048.
laborem describendi libros, nam literas
pulcherrime efformabat, non dimisit.
Complures Hymnos in laudem Sanctæ
Virginis, S. Nili, aliorumque Sanctorum
concinnavit. Monasterii Ecclesiam Sanctæ
Virgini Sacram a fundamentis edu-
xit, & Congregationis numerum auxit.
Donum convertendi peccatores a Cælo
acceperat. Et tanta erat exhortantis
Principes auctoritas, ut cum Princeps
Salernitanus Dominum Cajetæ urbis in
bello captum custodiret, eum non solum
monente Bartholomæo libertati restitue-
rit, sed etiam altero principatu dona-
verit.

§. LIV.

Damasus II. Leo IX. Papæ.

Eadem, qua Benedictus Papa Sacram Herm. Chr.
1048.
Sedem reliquit, die, nimirum deci-
ma septima Julii, anno millesimo quadra-
gesimo octavo, coronatus est Summus
Pontifex Poppo, antea Episcopus Brixino-
nensis, ab Imperatore in Germania de-
signatus, & Romam missus, ubi Romani
venientem honorifice exceperunt. Is
Damasus II. appellari voluit; sed post-
quam S. Sedem non plus viginti tribus
diebus tenuisset, Præneste octava Augu-
sti anno millesimo quadragesimo octavo
e vivis abiit. Sepultus est in Basilica
S. Lau-

Sæculum XI. S. Laurentii extra urbem, vacavitque S.
A.C. 1048. Sedes sex mensibus. Interim in Comi-
 tiis seu Conventu Præfulum & Optima-
 tum, ab Imperatore Wormatiæ sequen-
 te autumno celebrato, unanimi omnium
 voce Bruno Episcopus Tullensis, præsens,
 sed ab ista ambitione alienissimus, Papa
 e'igitur. (*) Annos ætatis tunc numera-
 bat Bruno quadraginta sex, quorum vi-
 ginti duos in Episcopatu laudabilissime
 transegerat. Nam nihil antiquius habue-
 rat, quam Monasteria opera usus Guide-
 rici Abbatis ad S. Aprum, S. Guilielmi
 Divionensis Discipuli, reformare. Olim
 etiam Bruno laborem non inutilem ad
 pacem inter Rudolphum Regem Burgun-
 diæ & Robertum Regem Franciæ redu-
 cendam impenderat. Viri pietas, quam
 præterea eximius corporis habitus & hu-
 manissimi mores commendabant, omnis
 conditionis hominibus charissimum effi-
 ciebat. Muscam amabat, nec artem
 modulos concinnandi ignorabat. Sin-
 gulari devotione S. Petrum colebat, cu-
 jus limina invisurus singulis annis cum
 quin-

(*) Hic P. Natalis Alexander Reflexionem in-
 ferit: *Defuncto namque Damaso II. (Bruno)*
ab Henrico Imperatore, id auctoritatis pessimis
illis temporibus sibi tribuente, in Conventu Wor-
matiensi anno 1048. Romanus Pontifex designa-
tus est.

quingentis non nunquam piæ peregrina- Sæculum XI.
tionis sociis Romam proficiscebatur. A.C. 1048.
Hæc fuit Brunonis Episcopi vita, cum
ad Papatum assumptus est.

Tantum onus diutissime refugit Bruno, cumque omnes instarent, triduum ad deliberandum petiit, quo temporis spatium jejuniis vacans & orationibus, omnino sine cibo potuque perseveravit. Publice deinde peccata sua confessus est, sperans, sic fore, ut tanquam indignus a Pontificatu repelleretur, sed cum in hac confessione largiter fleret, præsentium omnium lacrymas elicuit, minime vero effecit, ut a sententia dimoverentur. Ergo Pontificatum suscipere cogitur, coram Legatis Romanis declarans, se ea solum conditione Dignitatem accipere, si videret, totius Cleri ac Romani populi communem esse sine dissidio consensum. Tullum postea rediit, ubi Festa Nativitatis Domini, assistentibus quatuor Episcopis Hugone Italo Romanorum Legato, Eberhardo Archiepiscopo Trevirensi, Adalberone Episcopo Metensi, & Theodorico Virdunensi, celebravit.

Bruno sumpto peregrini habitu ex urbi Tullensi iter Romam arripuit, inde fesse Sacris orationibus pro Salute tot animarum ipsi commissarum intentus. Apud Augustam civitatem divertenti & oranti vox allapsa est: *Dicit Dominus,*

Z 5

ego

Sæculum XI. *ego cogito cogitationes pacis, & reliqua*
 A.C. 1049. illius Introitus, de Jeremia excerpti, quæ
 Jerem. 29. ultimis Dominicis post Pentecosten can-
 11. 12. 14. tantur. Hoc solatio animatus, innume-
 ra hominum multitudine undique con-
 fluente, Romam pervenit. Tota in oc-
 cursum Pastoris effusa est civitas, Eccle-
 siasticis cantionibus maximam lætitiā
 professā. Ipse ex equo descendit, & diu
 pedibus nudis ambulavit. Postquam ve-
 ro preces complevit ad Clericos Popu-
 lumque dicere cœpit. Proposuit, se ab
 Imperatore ad tantum onus portandum
 fuisse delectum, rogavitque, ut liberrime
 voluntatem suā, qualiscunque esset,
 aperirent. Secundum Canones Electio-
 nem Cleri populique quibusvis aliorum
 Suffragiis præponi oportere. Se vero,
 qui invitatus advenisset, lubentissimo ani-
 mo ad sua remeaturum, nisi unanimi
 omnium ordinum consensu electio sua
 confirmaretur. Cumque populus his
 dictis nulla verba, sed plausus & juba
 redderet, iterum effatus Pontifex, Roma-
 nos ad emendationem morum hortatus
 est, seque omnium precibus adjuvari ex-
 petiit. Quare duodecima Februarii an-
 no millesimo quadragesimo nono, prima
 Dominica Quadragesimæ, Leo IX. nam
 id nominis sibi elegit, S. Petri Cathedræ
 imponitur, in qua annis quinque sedit.

Romam

Romam delatus novus Pontifex *Æra* *Sæculum XI.*
 rium Apostolicum vacuum invenit; pe- *A.C. 1049.*
 cunia vero, quam domo tulerat, tum in
 itineris expensas, tum in eleemosynas
 erogata fuerat. Sed & omnes, qui cum
 Leone ex Germania venerant, inopia
 premebat, cum ecce, illa die, qua eum
 clam relinquere & fugere constituerant,
 adsunt Nuncii a viris nobilibus provin-
 ciæ Beneventanæ missi pretiosa dona fe-
 rentes ad Papam, cujus Benedictionem
 & tutelam sibi deposcebant. Ille modi-
 cam fidem suis exprobravit, docens ex
 hoc exemplo, de ope Divina nunquam
 esse desperandum. Exinde cum S. Leo-
 nis fama Romam ingentem multitudinem
 peregrinorum pertraheret, oblationes
 copiosissimas ad ejus pedes profunden-
 tium, nulla re vel sibi vel suis reservata,
 omnia in pauperes dispergebat.

§. LV.

Concilium Romanum.

Secunda septimana post Festum Resurre-
 ctionis, quod anno millesimo quadra-
 gesimo nono in diem vigesimam sextam
 Martii inciderat, Leo IX. Papa Conci-
 lium Romæ celebravit, quo non solum
 Episcopis Italiæ, sed etiam Galliæ convo-
 catis, omnes Ordinationes Simoniacorum
 nullas declaravit. Magnum vero
 hæc Constitutio tumultum excitavit;
 nam

tom. 9. Conc.
p. 1049.
Herm. Chr.
1049.

Sæculum XI. A.C. 1049 nam Presbyteri, quin & Episcopi, querebantur, ita fore, ut Ministeria Ecclesiastica, præsertim Missæ, in cunctis prope Ecclesiis cessarent, quod Fideles ad desperandum impelleret, & ipsam Religionem Christianam perditum iret. Postquam diu multumque disputatum, Papa obtulerunt Clementis II. Decretum, in quo statuebatur, ut Simoniace ordinatis, si quadraginta dierum poenitentiam egissent, Ministerio Ordinis sui fungi liceret. Cui Leo IX. acquiescendum esse credit. In eodem Concilio constituit, ut omnes Clerici, qui relictis Hæreticis ad sinum Ecclesiæ Catholicæ redirent, suum quidem Ordinem servarent, sed ad superiorem promoveri non possent.

In eodem Concilio Papa ratam habuit Joannis Episcopi Tusculanensis ad Sedem Portuensem Translationem tanquam utilem quin & necessariam, eique & Successoribus ipsius omnia Bona Ecclesiæ Portuensis, atque inter alia Insulam S. Bartholomæi Romæ, de qua cum ipso Episcopus S. Sabinæ litigabat, de jure competere pronunciavit. Eidem Papa jus pristinum, nempe Ministerium Episcopale ultra Tiberim administrandi, confirmavit. Unde cognoscimus, Dicesim Romanam ultra mœnia non fuisse extensam. Ista discimus ex Bulla, data vigesima secunda Aprilis, anno millesimo qua-

quadragesimo nono Indictione secunda, Sæculum XI.
cui Episcopi quindecim, & duo primi A.C. 1049.
Eberhardus Archiepiscopus Trevirensis,
& Halinardus Lugdunensis subscripserunt.

Præter istud Concilium Papa & aliud
celebravit Ticini in Hebdomada Pente-
costes, quod Festum hoc anno in decimam *Herm. Chro.*
quartam Maji incidebat. Inde, monte
Jovis superato, Alpes transgressus, mul-
tis Romanis Pontificem sequentibus, in
Germaniam ad Imperatorem se contu-
lit, quocum Festum S. Petri Coloniae ce-
lebravit. In illo itinere S. Leo Decre-
tum Exemptionis Abbatiae Cluniacensis,
Bulla undecima Junii data, & data, & ad
Hugonem Abbatem (nam abhinc mensi-
bus sex S. Odilo animam Deo reddiderat)
directa, confirmavit.

§. LVI.

S. Odilonis Extrema.

Sanctus Odilo per ultimos quinque vitæ *vit. c. 14.*
suæ annos acerbis morbi doloribus *Sæc. 6. Ben*
afflictus, cum mortis tempus imminere *p. 688.*
ominaretur, iter Romam suscepit, spe-
rans, se sub tutela Apostolorum, quod
unice in votis fuerat, ex hac vita migra-
tuum. Mansit ibi mensibus quatuor,
graviter decumbens, Clemente II. Papa
clavum Ecclesiæ tenente, qui ægrotum
sæpe invisebat, & multis colloquiis sola-
batur. Multi quoque Monachi Clerici-
que, quos inter scientia eminebat Lau-
rentius

Sæculum XI. rentius Episcopus Amalphiensis, vir in
 A.C. 1049. libris Græcorum Latinorumque Scripto-
 rum versatissimus, ad S. Virum venie-
 bant. At ipse præter spem omnem sa-
 nitati restitutus Cluniacum rediit, ubi
 integro ferme anno jejuniis, orationibus
 & vigiliis, quantum vires corporis sine-
 bant, vacavit. Ceterum animo consti-
 tuit Monasteria sua lustrare, fratres do-
 ctina & exhortationibus confirmaturus,
 & in eo labore mortem, ubicunque se
 occuparet, expectaturus. Ergo hoc iter
 ingressus Silviniacum pervenit, ubi S.
 Majolus, ipsius Antecessor, fatis functus
 fuerat, cumque ibi colicæ dolores, qui-
 bus jam diu cruciabatur, ingravescerent,
 tandem actum esse de vita intellexit. Ex-
 trema unctione & Communione muni-
 tur, & ante oculos ponitur imago Cru-
 cifixi, cujus aspectu in tenerrimos affe-
 ctus erumpebat. In Vigilia vero Nata-
 lis Domini orationem ad fratres habuit
 ea constantia, qua olim optima valetudi-
 ne fruens solebat, eosque in obitu suo so-
 lari conatus est. In ipso Festo in Eccle-
 siam morituriens deferri voluit, ubi Psal-
 mos & Antiphonas exordiebatur, Bene-
 dicebat, & omnibus officiis, quibus po-
 terat, hilari animo fungebatur, confidens
 se in Festo Circumcisionis, ut olim, ami-
 corum charissimus, Guilielmus Abbas
 Divionensis, spiritum in manus Salvato-
 ris

ris sui exhalaturum. Toto illo temporis Sæculum XI.
 spatio S. Odilo vix ullo alio cibo quam A.C. 1049.
 S. Evcharistia reficiebatur. Cum ad
 extrema deductum conspexerunt fra-
 tres, in terram super cilicium, cinere
 conspersum, eum demiserunt, ubi statim
 placidissime expiravit, oculis in Cruce
 defixis, noctu, in Dominica, die prima
 Januarii, anno Salutis millesimo quadra-
 gesimo nono, ætatis suæ octogesimo se-
 ptimo, ex quo munus Abbatiale gerebat Martyr. Ro.
 quinquagesimo sexto. Ecclesia ejus me- 1. Jan.
 moriam ipsa obitus die colit.

§. LVII.

Commemoratio Defunctorum.

Nulla res S. Odilonem magis celebrem vit. Sæc. 6.
 effecit, quam Commemorationis Ben. p. 1. c.
 omnium Defunctorum Institutio. Reve- 13.
 lationem, quæ sanctæ consuetudini ori- Elog. ibid.
 ginem dedit, diversi diverse referunt; n. 112.
 istud vero mihi magis verisimile vide-
 tur. Pio cuidam Equiti a peregrinatio-
 ne Jerosolymitana redeunti, & a recta
 semita per desertum erranti, occurrit
 Eremita, qui cum ex eo didicisset, esse ex
 Gallia advenam, quæsit, an monaste-
 rium Cluniacense & Odilonem Abbatem
 novisset, & Equite peregrino responden-
 te, quod Odilo Abbas sibi probe cogni-
 tus esset, reposuit Eremita: *Deo reve-*
lante cognovi, ipsum gratia præditum esse
libe-

Sæculum XI. liberandi animas ex pœnis, quas in altera
A.C. 1049. vita sustinent. Igitur domum reversus
 hortare Odilonem, & Congregationis il-
 lius fratres, ut, quemadmodum bucusque
 fecerunt, ita etiam in posterum pro defun-
 ctis preces peragant, & eleemosynas distri-
 buant.

Quidquid de hac Revelatione sit, ad
 nos usque pervenit Decretum, Cluniaci
 conditum, pro Institutione hujus Ritus
 sollemnis in hæc verba: *Decretum est a*
beatissimo Patre Nostro Odilone, consen-
tientibus & rogantibus omnibus Fratri-
bus Cluniacensibus, ut sicut in cunctis Ec-
clesiis Kalendis Novembris celebratur Fe-
stum omnium Sanctorum, ita apud nos aga-
tur commemoratio omnium Fidelium de-
functorum, qui ab initio Mundi fuerunt
usque in finem, hoc modo: Ipso die supra-
dicto post Capitulum Decanus & Cella-
rarii facient eleemosynam de pane & vino
omnibus supervenientibus pauperibus, &
Eleemosynarius recipiat, quidquid de re-
fectione Fratrum ad prandium remanse-
rit. Eodem die post Vesperas omnia signa
pulsentur, & cantentur Vesperæ pro De-
functis. Altero die post Matutinos pul-
sentur denuo omnia signa, & agatur Of-
ficiu mortuorum. Festivo autem more
celebretur Missa, Tractum duo Fratres
cantent, cuncti privatim offerant, & duo-
decim pauperes reficiantur. Volumus, ut
 hoc

hoc Decretum perpetuum vigorem obtineat, & precipimus, ut tam in hoc loco, quam in aliis huic subjectis servetur. Si vero alius aliquis exemplum nostrum secutus fuerit, particeps omnium bonorum votorum fiat. Huc usque Decretum Cluniacense. Ceterum istud institutum brevi aliæ Ecclesiæ & tandem tota Ecclesia Catholica suscepit.

Sæculum XI.

A. C. 1049.

S. Odilo in suis monasteriis literarum amantes fovit, & ad laborandum excitavit. Ipso jubente Rudolphus Glaber ævi sui Historiam scripsit, & ipse Odilo complurium Operum auctor extitit, ex quibus hodieque habemus Vitam S. Majoli ipsius Antecessoris, item Vitam S. Adelheidis Imperatricis, aliquas Epistolas, & Sermones in Festa præcipua. Complures Discipulos in viros egregios formavit, eumque maximi illius ætatis viri in rebus difficilibus consuluerunt. Paulo ante obitum interrogatus, quem dignissimum judicaret, ut ipsi in Regimine succederet, respondit: *Hoc negotium Dei Dispositioni & Fratrum electioni relinquo.* Quod forte timeret, ne si exemplum secutus quatuor Antecessorum suorum Successorem nominaret, hæc consuetudo in Monasterio Cluniacensi contra S. Benedicti Regulam, in qua libera Electio præscribitur, prævaleret. S. *Hist. Eccles. Tom. XIV.* Aa Odi-

Bibl. Clun.
p. 349.

Sæculum XI. Odilone defuncto Hugo una omnium vo-
A.C. 1049. ce electus est.

§. LVIII.

S. Hugo Abbas Cluniacensis.

vit. Bibl.
 Clun. p. 414.
 Boll. 29.
 Apr. to. II.
 p. 628.

Hugoni in Diœcesi Augustodunensi, an-
 no millesimo vigesimo quarto, in lu-
 cem edito, Dalmatius Pater, Comes Se-
 murienfis, Sagum, honoresque militares,
 Mater vero Sacerdotium destinabat. Il-
 le matris propensione propior nec equis,
 nec armis gaudebat, & latrocinia, qui-
 bus tunc ferme omnes viæ publicæ infe-
 stabantur, vehementissime horrebat. Ita-
 que licet ægre impetrata licentia apud
 Hugonem Propinquum suum, Episcopum
 Antissiodorensem, & Comitem Cabilo-
 nensem literas discendi, postquam Gram-
 maticæ operam dedisset, relicto mundo,
 annos natus quindecim, Cluniaci Cucul-
 lum induit. Inde annis aliquot elapsis
 S. Odilo eximiis Hugonis meritis explo-
 ratis, licet juvenem, monasterii Priorem
 constituit, & in Germaniam delegavit,
 ubi ipsius opera effectum, ut Monachis
 Paternaci in Diœcesi Lufunensi cum Hen-
 rico Imperatore in gratiam redire licue-
 rit. Ceterum in Germania degens Hu-
 go, comperta S. Odilonis morte, Clunia-
 cum rediit donis cumulatus, quæ illuc
 Imperator mittebat. Tum ad eligen-
 dum Abbatem conveniunt, Adalmanus
 illius

illius Congregationis Senior Hugonem Priorem in Abbatem designat, omnes ipsius vocem suo confirmant suffragio. Igitur Hugo frustra reluctans eligitur, & Benedictionem Abbatialem, conferente Hugone Archiepiscopo Vefuntino, in Festo Cathedræ S. Petri, anno millesimo quadragésimo nono, annos natus viginti quinque, recipit. Abbatia Cluniacensi deinde annis sexaginta præfuit.

Sæculum XI.
A.C. 1049.

§. LIX.

Leo Papa in Francia.

Eodem anno Hugo Abbas Cluniacensis Concilio Remensi, a Leone IX. Papa celebrato, interfuit. Herimaro, S. Remigii Abbati, promiserat Pontifex dedicaturum se novam Ecclesiam ab hoc Abbate ædificatam. Cumque Henricus Rex Franciæ in Festo Pentecostes anno millesimo quadragésimo nono Laoduni ageret, ad eum se contulit Abbas, rogans, ut & ipse huic Dedicationi interesse dignaretur, & Episcopos Regni sui convenire datis literis juberet. Pollicitus est Rex, quod rogabatur, & Abbas per Epistolas Franciæ & vicinarum provinciarum Fideles omnes invitavit, ut latissimis Solemniis adessent. Papa Colonia digressus ad Festum Exaltationis S. Crucis Tullum pervenit, unde missis ad Episcopos Abbatesque mandatis, eos

*Hist. Dedic.
n. 7. Sæc. 6.
Ben. p. 715.*

A a 2

prima

Sæculum XI. prima die Octobris Remos, ubi Conci-
A.C. 1049. lium peracta Dedicatione celebrare con-
stituerat, convenire iussit.

Tunc vero quidam Optimates Laici, quibus conscientia incestas nuptias, aliaque flagitia juxta Disciplinam Ecclesiasticam punienda, exprobrabat, non nulli Episcopi & Abbates, pertimescentes, ne ad examen vocaretur, qua via ad illas Dignitates pervenissent, & an in iis constituti suo munere rite functi essent, Regi Franciæ suggererunt, Regni sui gloriam obfuscaturum iri, si Papam in medio Galliæ tanta potestate uti pateretur, & ipse Rex sua præsentia Concilii auctoritatem augeret. Nullum in antiquis monumentis reperiri vestigium, quod Majores ipsius Papæ, civitatem, quamcumque voluisset, ad celebranda Concilia intrare, indulgissent.

Nempe Concilium Trecense a Joanne VIII. celebratum ignorasse videntur. Tandem adjiciebant, Concilia pacato & tranquillo tempore esse agenda, nunc vero turbatam esse Regni pacem temeritate & contumacia multorum Procerum, qui patrimonia & arces Regias armis occupare ausi essent. Itaque Rex ad conservandam potius Salutem Reipublicæ quam celebrandas Synodos animum adjiceret. In Rebelles movendum esse; quare Episcopi & Abbates, in Re-

gno

gno Franciæ ditionum amplissimarum Sæculum XI.
A.C. 1049.
Domini, inprimis autem Abbas S. Remi-

gii, quem insana ambitio impulisset, ut Papam ex Italia ad dedicandam Ecclesiam suam advocaret, Regem ad castra pergentem sequi compellerentur. Ceterum eorum, qui Concilio obsistebant, præcipui Gebuinus Episcopus Laodunensis & Hugo Comes Braniensis * fuerunt. Porro Rex, cui ex æquo disputare videbantur, Papæ per Episcopum Silvanectensem perscribi iussit; se modo cum Episcopis & Abbatibus suis arma in rebelles subditos arripuisse, hinc præstituta die ad Concilium venire non posse. Papa ergo profectionem suam in Franciam differret ad tempus opportunum, quo Rex a negotiis expeditus summum Pastorem congruo honore prosequi posset. Respondit Papa; se promissum S. Remigio datum fallere nequaquam posse. Iturum se omnino ad dedicandam Ecclesiam, & Concilium cum iis denique, quicunque adessent, celebraturum. Rex accepto responso nihilominus in Seditiosos movit valido cinctus exercitu, atque Episcopi & Abbates inviti sequebantur, si illos excipias, qui timebant, ne actorum suorum rationem Pontifici reddere cogerentur, his enim solis bellum placebat. Abbas quoque S. Remigii cum ceteris ad castra proficisci compulsus est.

* Braine.

A a 3

Sed,

Sæculum XI. Sed, confecto unius diei itinere, ei ad sua
A.C. 1049. redire permissum.

Papa Tullo digressus Remos pervenit in Festo S. Michaelis, Archiepiscopis tribus, Trevirensi, Lugdunensi & Vesuntino, Joanne Episcopo Portuensi, Petro Diacono & Romanæ urbis Præfecto comitantibus. Advenientem Episcopi Franciæ tres, qui Remis versabantur, videlicet Silvanectensis, Andegavensis & Nivernensis cum Clericis, Abbatibus Monachisque obviam egressi apud S. Remigii Ecclesiam, tunc extra urbem positam, receperunt. Urbem vero ingredienti occurrit Archiepiscopus Remensis cum Clericis suis, eumque ad Ecclesiam Metropolitanam deduxit. Consedit Pontifex in Cathedra Archiepiscopi, ipso ad dextram, & Archiepiscopo Trevirensi ad sinistram stantibus. Cum deinde Missæ Solemnia peregisset, in majori Palatio prope Ecclesiam sito ab Archiepiscopo Remensi convivio excipitur.

§. LX.

Dedicatio Ecclesiæ S. Remigii.

Altera die, ultima Septembris, Papa ne populi frequentia impediretur, noctu dum vigiliæ nocturnæ a fratribus expleantur, duobus solum Capellanis comitantibus, ad S. Remigium remeavit, ubi balneo lotus & tonsus est, sequenti die
 Dedi-

Dedicationis Solemnia peracturus. Tum ^{Sæculum XI.}
 ingressus domum Ecclesiæ contiguam, ^{A.C. 1049.}

foribus clausis Missæ Sacrificium se præ-
 sente offerri iussit; nam tanta aderat ho-
 minum multitudo, ut Monachi officium
 Divinum in Ecclesia celebrare non pos-
 sent. Nempe non solum ex proximis
 oppidis, sed etiam ex remotis regionibus
 tam Urbani, quam Ruricolæ, utriusque
 sexus omnisque conditionis homines pæ-
 ne innumerabiles confluxerant. Cuncti
 Sepulchro S. Remigii osculum figere, &
 dona sua imponere gestiebant. Qui ve-
 ro stipatorum violentia repulsi proxime
 accedere non poterant, de longe proje-
 ctis muneribus Sancti tumulum obrue-
 bant. Sæpe turbarum densitate fatiga-
 ti, ut liberius spirare daretur, in amplis-
 simum atrium exhibant, ubi se Pontifex
 ex altiore porticu conspiciendum præbe-
 bat, Benedictionem impertiebatur, & sa-
 lutarem doctrinam prædicabat. Namque
 ter illa die dixit ad populum.

Nocte appetente iussit Papa, ut omnes
 ex Ecclesia S. Remigii dimitterentur, sic-
 que sine strepitu officium nocturnum per-
 ageretur. At populus tamen in foro ex-
 tra Ecclesiam innumeris facibus collu-
 centibus pernoctavit. Altera die mane
 Papa in Ecclesia excepit S. Cornelii Cor-
 pus, quod Clerici Compendienses illuc
 detulerant; nam in ipsorum Ecclesia la-

Sæculum XI.
A. C. 1049.

trociniis infesta custodiri non poterat. Ad horam tertiam cum Papa, ornatus vestibus Pontificiis, ad tumulum S. Remigii cum thuribulis & Crucibus, comitantibus quatuor Archiepiscopis, & compluribus Abbatibus, processisset, & de Altari accepta fuisset arca, in qua Sancti Reliquiæ reconditæ erant, hanc suis humeris deportare cœpit. Moxque onus subeuntibus aliis in proximum Oratorium secessit. Tum vero apertis Ecclesiæ januis tanta hominum multitudo irrupit, ut aliqui miserandum in modum suffocati, aliqui contriti vitam amiserint. Corpus Viri Sancti per confertos populorum cuneos ægre delatum tandem in Ecclesia Metropolitana S. Mariæ depositum. Sequenti die, secunda Octobris, Sacrum Corpus extra civitatem circa muros defertur, dum interea Pontifex cum Episcopis dedicat & consecrat Monasterii Ecclesiam, quo iterum relatum per fenestram, cum per portas ob turbas hominum non posset, demittitur. Needum Papa Sacras exuvias in loco destinato, sed in Altari majore collocari voluit, ubi tempore Concilii expositum præsentibus sui reverentia in officio contineret. Præcepit etiam, ne quis alius nisi Archiepiscopus Remensis, Abbas S. Remigii, & bis per annos singulos septem Presbyteri ex Ecclesiæ Remensis Clericis delecti

2. Octobr.

delecti super hoc Altare Missam celebra-
rent. Ultimo Pontifex solemnem Abso-
lutionem populo, qui his Solemnibus in-
terfuerat, impertitus, Episcopos & Ab-
bates altera die ad Synodum celebran-
dam adesse iussit.

§. LXI.

Concilium Remense. Sessio prima.

Primæ Sessioni initium datum est tertia
die Octobris in Ecclesia S. Remigii.
Aderant Episcopi viginti, quinquaginta
circiter Abbates, & complures alii Cle-
rici. Tunc vero lis antiqua inter Cleri-
cos Remenses & Trevirenses recrudit.
Dicebant Remenses, Archiepiscopum
suum Primatu in Gallia gaudere, ideo-
que primum ipsi post Papam locum in
Concilio competere. Trevirenses ean-
dem Dignitatem & prærogativam Archi-
episcopo suo tribuebant. At Papa in-
tempestiva moveri jurgia existimans ius-
sit, sedes Episcoporum in circulum dis-
poni, suam in medio collocari, & Archi-
episcopum Remensem suum unicuique
Episcoporum locum assignare. Sede-
runt ergo Episcopi hoc ordine: Papa in
medio Chori, facie ad Orientem versa,
ex adversa parte in latere dextro Archi-
episcopus Remensis, & in sinistro Trevi-
rensis. Post Archiepiscopum Remen-
sem Episcopi quatuor, Beroldus Sueffio-
nensis,

3. Octobr.

Sup. l. LI.
§. 25.

Aa 5

nensis,

Sæculum XI.
A.C. 1049.

* Morinen-
fis.

nenfis, Drogo Teruanensis*, Frolandus Silvanectensis, & Adalbero Metensis. Ad meridiem, Halinardus Archiepiscopus Lugdunensis, Hugo Episcopus Lingonensis, Joffredus Constantinensis, Ivo Sagensis, Hebertus Lisoienfis, Hugo Bajogarenfis, Hugo Abrincensis, Theodoricus Viridunensis. Ad Septentrionem, Hugo Archiepiscopus Vesuntinus, Hugo Episcopus Nivernensis, Eusebius Andegavenfis, Pudicus Nannetensis, Dudux Episcopus Velinensis in Anglia, & Joannes Episcopus Portuensis. Post Episcopos etiam per orbem sedebant Abbates, quorum præcipui erant Herimarus S. Remigii, Hugo Cluniacensis, Sigefridus Gorziensis, Fulco Corbejenfis, Robertus Prumiensis, Rainoldus S. Medardi, Giruinus S. Richarii, & Godefridus Verzelliacensis. Duo quoque Abbates Angli, cum Episcopo Velinensi ab Eduardo Rege missi aderant.

Silentio a præcone imperato, Petrus Diaconus & Ecclesiæ Romanæ Cancellarius, jubente Papa, materiam in Concilio pertractandam exposuit, nimirum de abusibus, qui in Ecclesias Galliarum contra Canones irreperant, de Simonia, de functionibus Ecclesiasticis & Ecclesiis, quas Laici usurpabant, de tributis, quæ ab Ecclesiis contra fas exigere, de nuptiis incestis vel adulterinis, de apostasia monachorum

chorum & Clericorum a sancto proposito & habitu recedentium, de Clericis militantibus, de rapinis, de pauperibus injuste captis, de vitio Sodomitico, & quibusdam Hæresibus, quæ in illis partibus pullulaverant. Quibus propositis admonuit omnes, qui aderant; Domno Papæ consilium & opem præberent, ut hæc Zizania Divinæ segetis semen suffocantia extirpari possent. Tum ad Episcopos sermone converso commonuit eos sub pœna anathematis, ut si quis eorum per Simoniacam Hæresim ad Sacros Ordines pervenisset, vel accepto præmio quemquam ordinasset, id publica confessione patefaceret.

Primus ergo Trevirensis Archiepiscopus ad hæc verba surrexit, seque pro Episcopatu nec aliquid dedisse, nec alicui Sacros Ordines vendidisse respondit. Deinde Lugdunensis & Vesuntinus surgentes ab hujusmodi culpa professi sunt se esse immunes. Tunc præfatus Diaconus ad Archiepiscopum Remensem se convertit, & quid ad ista ediceret, requisivit. At ille inducias petiit usque in sequentem diem, dicens se velle privatim Papæ loqui. Quod ubi ipsi fuit concessum, ceteri omnes surgentes per ordinem se a Simonix suspicionem purgarunt, quatuor tantummodo exceptis, scilicet Lingonensi, Nivernensi, Constantinensi,

De Simonia.

Sæculum XI. tinenti, & Nannetenti. Quorum causa
A C. 1049. ea die relicta Diaconus ad Abbates con-
 versus, eos hortatus est, ut confiteren-
 tur, si forte in Ovile Dominicum aliunde
 & non per ostium ingressi essent. Pri-
 mus S. Remigii Abbas surgens congrua
 responsione hanc suspicionem a se amo-
 litus est. Tum etiam Cluniacensis &
 plures alii. Non nulli vero nihil respon-
 dere ausi.

Episcopus Lingonensis exinde graves
 querelas contra Abbatem Pultariensem,
 Dioecesanum suum, in medium attulit,
 dicens, quod in foetore luxuriæ viveret,
 & excommunicatus, quia censum an-
 num Ecclesiæ Romanæ debitum solve-
 re detrectasset, nihilominus Missarum
 Sacramenta celebrare & ad Synodum ve-
 nire præsumpsisset. Abbas in Synodo
 præsens, cum interrogatus objecta dilue-
 re non posset, a suæ Dignitatis honore
 depositus est.

Postea addita comminatione anathe-
 matis denunciatur, ut si quis affirmaret,
 quemquam Ecclesiæ universalis Prima-
 tem præter Romanæ Sedis Antistitem
 esse, id publice declararet. Tacentibus
 omnibus, ex SS. Patrum libris Excerpta
 lecta sunt, quibus Papæ Primatus de-
 monstrabatur. Tandem Papa sub pœna
 Excommunicationis prohibuit, ne quis
 absque licentia recederet, antequam ter-
 tia

tia lux in celebratione Concilii consum- Sæculum XI.
 maretur. Sicque nocte propinquante A.C. 1049.
 Conventum dimisit.

§. LXII.

Sessio secunda.

Altera die, quarta Octobris, Episcopis, 4. Octobr.
 Abbatibus, ceterisque Clericis ad
 eandem Basilicam S. Remigii convenien-
 tibus, Papa cum quibusdam Præsulibus
 in Oratorium S. Trinitatis secessit, ubi
 ei Archiepiscopus Remensis privatim
 suam confessionem exposuit. Deinde
 de negotiis Ecclesiæ diu deliberatum.
 Tum Papa exinde procedente secundæ
 Sessioni consuetis precibus & lectione
 Evangelii initium datum. Episcopis con-
 fidentibus Petrus Diaconus Remensem
 Archiepiscopum provocavit, ut de Simo-
 niaca Hæresi, de qua postulatus hester-
 nas obtinuisset inducias, rationem red-
 deret, accusans eum de pluribus aliis
 criminibus, quæ se fama vulgante per-
 cepisse asseribat. Archiepiscopus licen-
 tiam petiit amicos consulendi; qua con-
 cessa, collectis Episcopis Vefuntino, Sues-
 sionensi, Andegavensi, Nivernensi, Silva-
 nectensi, & Teruano, secreto, quid sibi
 faciendum, deliberavit. Tum ad Con-
 cilium regressus a Papa impetravit, ut
 pro se Episcopus Silvanectensis causam
 diceret. Is edixit, Archiepiscopum Si-
 moniæ

Sæculum XI. moniæ reum non esse, quo audito Papa
 A.C. 1049. Archiepiscopo præcepit, ut id ipsum ju-
 rejurando confirmaret, & sententiam a

Sup. lib. S. Gregorio latam in causa Maximi Salo-
XXXVI. nensis recitari jussit. Cum Archiepi-
§. 8. scopus Remensis iterum Inducias pete-

ret, conceduntur, addito mandato, ut
 in Concilio Romæ in medio mensis Apri-
 lis celebrando adesset. De ceteris quo-
 que criminibus ipsi objectis examen di-
 latum, quia nemo aderat, qui Actionem
 legitime moveret. Post hæc conquere-
 batur Papa, quod Abbatia Dervensis,
 quam jure singulari ad se pertinere dice-
 bat, Ecclesiæ Tullensi subtracta fuisset,
 privilegii acquisiti Decreto recitari jussit.
 Econtra Remensis Archiepiscopus re-
 spondit, se jus Ecclesiæ suæ antiquiori-
 bus editis privilegiis demonstraturum,
 & Papa ea in Archivis Remensis Ecclesiæ
 perquiri, atque altera die produci præ-
 cepit. Tunc Turonenses Clerici, Archi-
 episcopo Lugdunensi Oratore usi, quere-
 lam intulerunt contra Episcopum Dolen-
 sem in Britannia, qui se cum septem
 Suffraganeis Turonensis Archiepiscopi
 Jurisdictioni subtraxerat, sibi que Archi-
 præfulis nomen contra fas tribuerat. Ad
 examen hujus causæ sustinendum Episco-
 pus Dolensis Concilio in medio mense
 Aprili Romæ celebrando interesse jussus est.

Sup. lib.
XLVIII.
§. 44.

His

His ita constitutis Petrus Diaconus ^{Sæculum XI.}
 in Episcopum Lingonensem invehitur, ^{A.C. 1049.}
 accusans præsentem, quod Episcopalem
 Dignitatem per Simoniacam Hæresim
 consecutus fuisset, quod Sacros Ordines
 vendidisset, arma tractasset, cædes per-
 petrasset, alieni matrimonii jura violas-
 set, in Clericos suos tyrannidem exer-
 cuisset, impudiciis adulterio longe pe-
 joribus pollutus fuisset. Cui delationi
 fidem faciebant complures testes præsen-
 tes, inter quos aliquis Clericus assererat,
 quod sibi adhuc Laico uxorem suam vi
 adhibita rapuisset, & post peractum fla-
 gitium Monacham esse compulisset. Ad-
 fuit & Presbyter quidam, conquerens,
 quod ab eodem Episcopo captus, satellitum
 potestati traditus, & modis erube-
 scendis, quos referre honestas non sine-
 ret, excruciatu, ad decem libras dena-
 riorum solvendas coactus fuisset.

His auditis, Episcopus Lingonensis
 spatium petiit, quo amicos consuleret.
 Quo impetrato, Archiepiscopos Vesun-
 tinum & Lugdunensem accersit, eis ar-
 cana sua committit, & rogat, ut pro se
 causam dicerent. Ecce vero, Archiepi-
 scopo Vesuntino ejus causam defendere
 paranti, subito vocis usus adimitur, quod
 omnes pœnam a Cœlo immissam credi-
 derunt. Quippe Episcopo Lingonensi
 auctore pridie Abbas Pultariensis, ipso
 longe

Sæculum XI. longe innocentior accusatus & damnatus fuerat. A.C. 1049. Archiepiscopus usu loquendi privatus Lugdunensi annuit, ut vice ipsius loqueretur. Ergo confessus est, quod Episcopus Lingonensis Sacros Ordines vendidisset, & ab illo Presbytero pecuniam paulo ante memoratam extorsisset. Illud vero negavit, quod eum ex cruciari iussisset. Cetera quoque omnia inficiabatur. Tum Papa intelligens hoc negotium una die perfici non posse, jam enim nox instabat, Canones de iis statuentes, qui Sacros Ordines accepto pretio conferrent, & inprimis secundum Canonem Concilii Calcedonensis recitari præcepit. Quibus perlectis Conventum solvit.

§. LXIII.

Sessio tertia.

Die sequente, quinta Octobris, Sessio tertia celebrata. Petrus Diaconus dixit, inde exordium esse ducendum, ubi Synodus exactæ diei fuisset terminata. At Episcopus Lingonensis Concilio se subduxerat. Ergo a Promotore Concilii, Pontificis jussu & nomine, ter vocatur. Mittuntur quoque Episcopi Silvanectensis & Andegavenfis ad ejus hospitium, qui eum, si forte reperirent, revocarent ad Concilium. Dum expectatur eorum reditus, Promotor ad illos con-

convertitur, qui suspicionem Simoniacæ Sæculum XI.
 labis necdum congrua responsione remo- A.C. 1049.
 verant. Tunc Episcopus Nivernensis
 confessus est, plurimum pecuniæ a pa-
 rentibus suis pro suo Episcopatu, se ta-
 men ignorante, datum fuisse, seque Epi-
 scopale munus consecutum multa con-
 tra Ecclesiæ Regulas & Disciplinam fe-
 cisse, unde assererat, se Divinam vindi-
 ctam pertimescere. Ideoque, si Papæ
 & Concilio videretur, malle se Dignita-
 te sua se abdicare, quam ea servata ani-
 mam perdere. His dictis Pedum ad Pon-
 tificis pedes projecit, qui sincera ejus
 pœnitentia flexus, favente etiam Conci-
 lio, eundem, quod absque suo consensu
 pecunia data fuisset, jurejurando com-
 probare jussit, sicque ei, dato alio Pedito,
 Ministerium Episcopale reddidit.

5. Octobr.

Inter hæc allatum est monumentum,
 ex cujus lectione patuit, Monasterium *
 Dervenſe ad jus Archiepiscopi Remensis * Der-Mou-
stier.
 pertinere. Qui vero ad revocandum
 Episcopum Lingonensem missi fuerant,
 nunciarunt, eum facinorum suorum dis-
 cussionem metuentem fugam arripuisse.
 Tunc præcipiente Papa lectæ sunt hac
 super re SS. Patrum Sententiæ, sicque uni-
 versi Concilii judicio excommunicatio-
 nis pœna damnatus est. Quod audiens
 Archiepiscopus Vesuntinus manifestavit,
 se Episcopi Lingonensis causam dictu-
 rum.

Hist. Eccles. Tom. XIV. Bb

Sæculum XI. rum, & reum excusaturum, loquendi fa-
A.C. 1049. cultate repente fuisse destitutum, ve-
 niam a toto Conventu petens, quod mi-
 raculi novitatem eousque celasset. Pa-
 pa usque ad lacrymas compunctus dixit:
 adhuc vivit Beatus Remigius. Simul
 ipso jubente surgentes omnes, cum eo
 ante S. Remigii sepulchrum prostrati An-
 tiphonam ejusdem Sancti cecinerunt.

* Coutance. Post hæc Episcopus Constantinensis
 confessus est, se ignorante, a quodam fra-
 tre suo emptum sibi Episcopatum fuisse,
 & adjecit, se, cum id comperisset, ne
 contra fas Ordinationem illam suscipe-
 ret, voluisse effugere, sed ab eodem fra-
 tre vi captum, & invitum, Episcopum
 fuisse ordinatum. Tum dicta sua jura-
 mento confirmare jussus, cum non re-
 nuisset, a Simoniacæ facinore immunis de-
 claratur. Surgens postea Episcopus Nan-
 netensis confessus est, genitorem suum
 fuisse Episcopum ejusdem civitatis, a
 quo, ipso adhuc in vivis agente, Episco-
 patum accepisset, eique defuncto data
 pecunia successisset. Quapropter judi-
 cio Synodi Pontificali Ministerio priva-
 tus est, annulo & Peto sublatis. Inter-
 venientibus vero Episcopis ei solum offi-
 cio Presbyteri fungi concessum.

Tandem Papa Archiepiscopos præ-
 sentes commonuit, ut si Suffraganeorum
 suorum aliquem Simoniacæ pestis esse
 reum

reum scirent, id coram omnibus notum Sæculum XI.
 facere non renuerent, iisque se quid- A.C. 1049.
 quam scire negantibus, agi cœptum de
 Episcopis illis, qui invitati ad Synodum
 venire noluerant, nec saltem per episto-
 las absentiam excusaverant. Unde reci-
 tatis prius SS. Patrum huic delicto con-
 gruis Sententiis, excommunicati sunt,
 cum omnibus illis, qui Papæ adventum
 formidantes, Regem in expeditione bel-
 lica secuti fuerant, nominatim Archiepi-
 scopus Senonensis & Episcopi Bellova-
 censis & Ambianensis. Abbas quoque
 S. Medardi, qui absque licentia a Con-
 ventu recesserat, & Archiepiscopus S. Ja-
 cobi in Gallæcia, qui contra fas nominis
 Apostolici culmen soli Papæ reservatum
 usurpabat, excommunicationis fulmine
 icti.

His peractis duodecim Canones condi-
 ti, ut SS. Patrum Decreta, quæ jam diu pro
 nihilo habebantur, renovarentur, & mul-
 ta, quæ in Ecclesia Gallicana exerceban-
 tur illicita, sub anathemate prohibita.
 Nempe quæstio erat de illis abusibus,
 quos ab initio Promotor Concilii memo-
 raverat, præsertim quod aliqui sine ele-
 ctione Clericorum & populi ad Regi-
 men Ecclesiasticum eveherentur. Præ-
 terea prohibitum, ne quis pro sepultura,
 Baptismo, Eucharistia, aut visitatione
 ægrotorum quidquam exigeret. Item

can. I.

B b 2

nemo

Sæculum XI. nemo usuras accipere auderet. Et quia
A.C. 1049. novi Hæretici in Gallicanis partibus
 c. 7. emerferant, eos Concilium excommuni-
 cavit, illosque, qui ab eis aliquod mu-
 nus vel obsequium acciperent, aut patro-
 cinium concederent. Excommunicati
 etiam nominatim aliqui Proceres Laici,
 scilicet Comites Engelrai, & Eustachius
 ob admissum incestum. Item Hugo *de*
 *de Braine. *Braina**, qui legitima uxore dimissa aliam
 sibi matrimonio sociaverat. Balduino
 Comiti Flandriæ interdictum, ne Filiam
 suam Guilielmo Duci Normanniæ nuptui
 daret, illique, ne eam acciperet. Theo-
 baldus Comes ad Concilium vocatus,
 quia uxorem suam repulerat. Vocatus
 etiam Geofridus Comes Andegavensis ad
 Concilium Moguntia celebrandum, ubi
 Excommunicationis sententiæ subjace-
 ret, nisi Gervasium Episcopum Cenoma-
 nensem, quem captum tenebat, liberum
 dimitteret. Denique etiam illi excom-
 municati, de quibus Clerici Compen-
 dienses conquesti fuerant, atque etiam
 illi, qui ab hac Synodo domum remean-
 tibus aliquid impedimenti inferrent. Sic
 Papa, Benedictione data, Concilium sol-
 vit.

Altera die, sexta Octobris, S. Leo IX.
 venit ad Capitulum monachorum S. Re-
 migii, ubi societate orationis promissa
 & accepta, omnibus in terram prostratis
 Abso-

Abolutionem tribuit, postquam singulos ^{Sæculum XI.} osculatus esset. Tum cum omnibus il- ^{A.C. 1049.} lis Præsulibus, qui necdum discefferant, Ecclesiam ingressus, celebrata Missa, Corpus S. Remigii super Altare depositum accepit, & suppositis humeris suis inde delatum in loco destinato collocavit. Moxque itineri se dedit. Ceterum ob hanc quartam S. Remigii Translationem Papa, Bulla ad omnes Fideles Regni Francorum data, S. Remigii memoriam Calendis Octobris, quod hodieque observamus, celebrem esse iussit.

§. LXIV.

Concilium Moguntinum.

Papa, in Germaniam reversus, eodem ^{tom. 9. Conc.} anno 1049. Moguntia Concilium ibi ^{p. 1046.} indictum celebravit. Aduerere Episcopi circiter quadraginta, præsidentibus quinque Archiepiscopis Bardone Moguntino, Eberhardo Trevirensi, Hermannò Coloniensi, Adalberto Hamburgensi & Engelhardo Magdeburgensi. Henricus quoque Imperator cum Regni Proceribus interfuit. In eo Concilio, Sibico Episcopus Spirensis, cui crimen adulterii intendebatur, examinatione Sacrificii purgatus est. Sed pejeravit, & quoad vixit ore per paralyin detorto conspectus est, quod perjurii supplicium esse nemo non credidit. In eodem Concilio Simo-

Sæculum XI. niaca Hæresis, & nefanda Sacerdotum
 A.C. 1049. conjugia damnata. Inde domum rever-
 sus Adalbertus Archiepiscopus Hambur-
 gensis, ut hæc Statuta facilius servaren-
 tur, Presbyterorum meretriculas excom-
 municatas ex urbe eiecit, ne pellicum
 vicinia castos obtutus violaret.

*Adam. l. II.
 c. 31.*

Inter illius ævi Præsules Pontifici &
 Imperatori Adalberto nemo carior fuit,
 nec ulla majoris momenti causa ipso in-
 consulto finiebatur. Hujus viri amici-
 tiam maximi Principes tanti faciebant,
 ut cum Imperator Græcorum Constan-
 tinus Monomachus & Rex Franciæ Henri-
 cus Legatos ad Imperatorem Germaniæ
 mitterent, simul etiam aliquid literarum
 ad Archiepiscopum Adalbertum darent,
 & gratularentur, quod Imperator, Do-
 minus ejus, ipso potissimum auctore &
 consiliario res prospere gessisset. Unde
 fortunæ blanditiis, & præcipue Papæ at-
 que Imperatoris favore elatus Præsul ad
 Dignitatem Patriarchalem Sedi Hambur-
 gensi tribuendam animum adjecit, pri-
 mumque hanc spem inde concepit, quod
 Rex Daniæ in suo Regno Archiepiscopum
 habere expetiisset, ac illud a Papa obti-
 nuisset, ea conditione adjecta, si Archi-
 episcopus Hamburgensis consentiret. Re-
 pugnat quidem Adalbertus; postea
 vero id se concessurum promisit, addita
 vicissim conditione, si sua Ecclesia Pa-
 triar-

triarchatus honore augeretur. Nam Me-
tropolim suæ Episcopatus duodecim subji-
cere constituerat, quos jam animo desi-
gnaverat, sed Leone Papa, & paulo post
Henrico Imperatore, rebus mortalibus,
priusquam hoc negotium perfici potuis-
set, ereptis, spe tanta Præsul excidit.

§. LXV.

Hæresis Berengarii.

Leo IX. Papa Romæ circa medium Aprilem anno millesimo quinquagesimo Concilium, anno superiore denunciatum, *Mabil. præf. Sæc. 6. p. 2. vit. S. Leon. 19. April. Boll. to. 10. p. 645.* cuius mentio in Concilio Remensi facta, celebravit, in eoque primum Berengarii novam Hæresim damnavit. Is Sæculo isto ineunte natus Turone, & in Schola S. Martini, in qua Gualterius ejus patruus Cantoris officioungebatur, literarum rudimentis imbutus, Carnutum deinde delatus Fulberto Magistro usus est, a quo salutare accepit monitum; semper Patrum Doctrinam teneret, nec ullum novum dogma sequeretur, sed a Majorum & antiquorum vestigiis nec latum unguem deflecteret. (*) Berengarium Tu-

Bb 4

ronem

(*) Ex his notandum, jam tunc juvenem pruritu novas doctrinas amplectendi laborasse. Contra Protestantes vero probatur, Berengarium non antiquæ Doctrinæ, in Ecclesia Catholica receptæ, Sectatorem, sed Novatorem fuisse.

Sæculum XI. A.C. 1050. ronem reversum Canonici Capituli S. Martini, Roberto Rege adhuc in vivis agente, susceperunt, atque non diu post Scholæ Magistrum (ita hæc Dignitas nominabatur) constituerunt. Dignitate etiam Archidiaconi Andegavenfis gaudebat, quo non obstante, Turone Magistri officium implens, præter alios Discipulos Eusebium, alio nomine Brunonem, postea anno 1047. Episcopum Andegavensem, habuit.

Inter hæc Lanfrancus Monachus Becensis in Normannia docere cœpit, tanto auditorum applausu, ut fama totam Galliam pervadente undique confluerent discipuli. Indoluit Berengarius se ab auditoribus deferi, & invidia impellente in lucem edidit opiniones Theologicas prorsus singulares, quas juvenis neglexerat, aut aliis occupatus pertractare non potuerat. Nempe dogmata studiose sparsit, quæ sua novitate omnibus admirationem crearent, majoremque Discipulorum numerum ad eum pertraherent. Matrimonia legitima (*) & Baptismus

(*) En iterum Doctorem, eorum ex numero, quos Protestantes, Teste Mosheimio, Vorrede zu einer Rehergeschichte pag. 29. tanquam Patres suos recipiunt; sed certe, si non in Doctrina de Eucharistia, saltem de Matrimonio & Baptismo parvulorum Hæreticum!

primum parvulorum oppugnavit, præ- Sæculum XI.
cipue vero communem Ecclesiæ Doctri- A.C. 1050.
nam de Evcharistia aggressus, Joannem *Sup. lib.*
Scotum laudavit, damnato Paschasio, *XLVII. §.*
Sæculi noni Scriptore. Utriusque suo *35. XLIX.*
tempore meminimus. *§. 51.*

His compertis, Lanfrancus publice
edixit, se Berengarii errorem damnare,
quod ubi ad Berengarii aures pervenit,
ad Lanfrancum epistolam dedit in hæc
verba: *Aliquid ad aures meas pervenit,*
Frater mi Lanfrance, quod Engerranus
Carnutensis audivit, & de quo te admone-
re officii mei esse duco. Nempe quod da-
mnes & hæreticam babeas Doctrinam Jo-
annis Scoti de Sacramento Altaris, quæ
Doctrinæ carissimi tibi Paschasii adversa-
tur. Si ita est, Frater mi, cum senten-
tiam præcipitasti, male usus es ingenio
tuo, sane non vulgari, a Deo accepto.
Necdum enim S. Scripturæ satis operam
dedisti cum viris, quos doctissimos existi-
mas. Nunc vero, licet tenuis sit mea
scientia, cuperem te de hac materia data
opportuna occasione differentem audire,
coram illis Judicibus vel auditoribus, quos
ipse delegeris. Interim cave contemnas,
quæ tibi scribo. Si Hæreticum habes Jo-
annem, cujus mentem de Eucharistia ap-
probamus, etiam Hæreticos credere debes
S. Ambrosium, S. Hieronymum, S. Au-
gustinum, ut de ceteris nihil dicam. Ce-

Bb 5 terum

Sæculum XI. terum jam prius, quam hanc epistolam
A.C. 1050. scriberet, Berengarius aliam ad eundem
 Lanfrancum Congregationis Beccensis
 Priorem dederat, quæ ipsi nunquam red-
 dita, & a compluribus lecta, suspicionem
 non nullis ingesserat, Lanfrancum in do-
 ctrina de Sacramento Berengario con-
 sentire. Unde ab illa epistola, quam mo-
 do retuli, alia fuisse probatur.

Primus contra Berengarium calamo
Post. Lanfr. pugnavit Hugo Episcopus Lingonensis,
p. 68. qui eum admodum Reverendum Sacer-
 dotem vocat, nempe virum ab Ecclesia
 necdum damnatum. Berengarii opinio-
 nem vero refert in hunc modum: *Dicis,*
Corpus Jesu Christi in hoc Sacramento
ita existere, ut natura & essentia panis
& vini non mutetur; & illud corpus in-
tellectuale reddis, quod prius crucifixum
appellaveras. Ita corpus hoc manifeste
non corporeum esse affirmas, & toti Ec-
clesiæ scandalo es. () Si enim post con-*
secrationem natura panis & vini reali
modo remanet, intelligi nequit, quidquam
muta-

(*) Hoc Episcopo, præter sexcentos alios,
 teste, contra Protestantes probatur, commu-
 nem fuisse de reali Corporis Christi in Eucharis-
 tia præsentia totius Ecclesiæ Doctrinam, quæ
 si falsa esset, Verbis Jesu Christi veritas sua non
 constaret: *& portæ inferi non prævalebunt &c.*
 Matth. 16.

mutatum fuisse. Et si id quod mutatur Sæculum XI.
A. C. 1050.
soli intellectus potentia fit, rursus perci-
pi non potest, quomodo istud subsistat, cum
intellectus res quidem existentes conside-
ret, sed non existentes non producat.

In fine hortatur Berengarium, ne
opiniones singulares foveat, & subjun-
git: *Dicis, quod hoc Sacramentum aliis*
oculis quam vulgus solet intuearis. Ex-
pertus loquor, te ipsum audiui, quod si non
audivissem, non crederem.

Hugo Lingonensis hoc Scriptum, an-
tequam Concilium Remense, in quo ob
crimen Simonie depositus est, anno 1049. *Sup. §. 26.*
celebraretur, composuerat.

§. LXVI.

Concilium Romanum.

Concilium Romanum post Pascha, quod
hoc anno millesimo quinquagesimo
in diem decimam quintam Aprilis inci-
derat, celebratum. Adfuerunt magno *Herm. contr.*
numero Episcopi, Abbates, alique ex *an. 1050.*
variis Regionibus viri piiissimi, quos in- *Lanfran. de*
ter Lanfrancus fulgebat. Leo Papa, ad *Corp. Dom.*
quem Berengarii Hæresis delata fuerat, *c. 4.*
coram toto Concilio primam Berengarii
Epistolam ad Lanfrancum de Evcharistia
datam, & a quodam Clerico Ecclesiæ
Remensis Romam allatam, recitari iussit.
Nuncius enim a Berengario cum hac epi-
stola missus, cum Lanfrancum, ut sperave-
rat,

Sæculum XI. rat, in Normannia non habuisset, eam qui
A.C. 1050. busdam Clericis dederat, qui perlectam
 communi Ecclesiæ Fidei adversam judi-
 cantes, aliis legendam tradiderant, ejus-
 que sensum prolixè explicaverant. Hinc
 in Lanfrancum suspicio ceciderat, quod
 sensa amici, ita ad se scribentis, appro-
 baret.

Ex Lectione hujus Epistolæ omnibus
 patuit, quod Berengarius Joannem Sco-
 tum laudaret, Paschasium damnaret, &
 opiniones de Evcharistia Fidei contrarias
 teneret. Hinc lata in eum condemna-
 tionis sententia, qua Ecclesiæ Commu-
 nione privabatur. Tum Papa Lanfran-
 cum surgere, atque ut ea, quæ ipsi obji-
 ciebantur, dilueret, fidem suam expone-
 re, eamque magis Antiquorum auctori-
 tate quam argumentis demonstrare ius-
 sit. Ipse surgens, quæ sentiret explica-
 vit, & tam apposite probavit, ut cunctis
 ejus dicta, nemine omnino quidquam in
 contrarium afferente, placuerint. His
 peractis Papa Concilium Vercellis pri-
 ma Septembris celebrandum indixit.

In Concilio Romano Delegati Archi-
 episcopi Turonensis querelas in Concilio
 Remensi anno superiore motas renova-
 runt, contra Archiepiscopum Dolensem
 & Episcopos Britannia, qui præterea Si-
 monia accusabantur. Jusserat quidem
 Papa eos ad Concilium Romanum ve-
 nire,

nire, sed soli Legati Turonenses adfuerunt, Britannis absentibus. Ergo Papa datis ad Ducem Britanniae & illius Provinciae Optimates literis memorabat: *In Veterum Decretis invenimus, omnes Episcopos Provinciae vestrae Archiepiscopo Turonensi subiectos esse debere, quod, ut alia silentio praetereamus, in Epistolis Nicolai Papae ad Salomonem Regem Britanniae datis, praecipitur.* Tum Episcopos Britanniae excommunicat, & iis officium Divinum celebrare aut Benedicere interdicat. Ducem monet, ut se eorum Communioni subtrahat, ipsisque praecipit, ut Concilio Vercellensi intersint, querelis Archiepiscopi Turonensis responsuri, & contra accusationem, quod labe Simoniaca infecti essent, causam suam defensuri.

§. LXVII.

Colloquium Briotnense.

Interea Berengarius in Normanniam profectus, cum ad Abbatiam, quae Pratel-
lis nuncupatur, in Dioecesi Lexoviensi, jam ante annum millesimum trigesimum quintum restauratam, pervenisset, cum Abbate, nomine Ansfredo, a quo honeste satis exceptus fuerat, collocutus est. At vir ille strenuus blasphemias proferentem non tulit; nam cum esset doctissimus, & Berengarii mentem variis quaestioni-

Saeculum XI.
A.C. 1050.

ep. 12.

Sup. lib. L.
§. 58.

Durand.
Troarn. p.
106. par. 9.

Sæculum XI. A.C. 1050. tionibus solertissime explorasset, com- pluribus erroribus infectum deprehen- dit. Berengarius inde digressus Ducem Normanniæ Guilielmum Nothum adiit, quem sua quoque irretire Hæresi subtiliter attentavit. Verum Dux, licet ætate adolescentiæ annos necdum excederet, callide eum suspendit, & apud se detinuit, quoad Briotnam, parvum Oppidum ad Riselam amnem prope Cænobium Beccense positum, attrigisset, quo sapientissimos ex tota Normannia viros convocavit. Sequenti die, postquam Dux advenisset, Quæstio ventilari cœpta cum Berengario & alio quodam Clerico, quem secum adduxerat, in ejusque eloquentia spem victoriæ posuerat. Sed adeo manifeste confutati sunt, ut primum silere, deinde etiam Fidem Catholicam, licet inviti, confiteri cogerentur.

Berengarius a colloquio Briotnensi probrose dimissus Carnutum petiit, ubi a compluribus illius urbis Clericis de Quæstione Evcharistiæ interrogatus est. Nam rumor de iis quæ acta erant jam late spargebatur. Ipse Carnutensibus interrogantibus nihil respondit, promisit vero, se rationem redditurum, cum commodum esset. Scripsit tamen ad eos epistolas errorum adversus Catholicam Fidem & sanam rationem plenas. Quin eo usque insanivit, ut Ecclesiam Romanam

nam & Leonem Papam, cujus Fides & Sæculum XI.
integritas morum omnibus erat perspe- A.C. 1050.
cta, Hæresis argueret. Dicere enim non
erubescibat, se ad illud tempus respon-
sionem differre, quo Papam & Romanos
in Concilio Vercellis proxime celebra-
do erroris convictos teneret.

§. LXVIII.

*Maugerus Archiepiscopus Rotoma-
gensis.*

Illa tempestate Sedem Rotomagensem *Gest. Guil.*
tenebat Maugerus, Richardi II. Ducis *Duc. p. 194.*
Normanniæ filius, & Successor Roberti, ^{195.}
patru sui, cujus vitæ licentiam imitatus, *Hist. Norm.*
& voluptatibus immersus, pejus egit, *Order. Vi-*
tal. l. 5. c. 4.
Bona Ecclesiæ suæ dissipans. Nihilomi-
nus hoc circiter anno millesimo quin-
quagesimo cum duobus Suffraganeis Hu-
gone Ebrouicensi & Roberto Constanti-
nensi Concilium celebravit, in cujus
exordio de malorum Principum moribus
(quippe inter Maugerum & Guilielmum
Ducem ipsius Nepotem jurgia interce-
debant) conqueritur. Novemdecim Ca-
nones conditi. In secundo illi vitupe- *to. 9. p. 1047.*
rantur, qui munera Principibus aut eo- *c. 2.*
rum Clientibus offerentes Episcopatum
ambiunt. Prohibentur Translationes
Episcoporum, damnato futili illo præ-
textu, ex illo S. Scripturæ loco captato,
ubi Apostoli ad persecutionem evitan- *c. 3.*
dam

sæculum XI. dam ex una civitate in aliam transire jubentur. A.C. 1050. Diversa Simonie genera prohibentur, atque Episcopis & Clericis, ne ullus alterius jus lædat, interdicatur. In ultimo Canone statuitur, ut Neobaptizati integro octiduo vestibus candidis induti cum cereis ardentibus Ecclesiam, in qua Baptismus acceperunt, & cujus Parochiani sunt, adeant. Nimirum supererant adhuc Normanni pagani, quorum aliqui omni tempore convertebantur. Quamvis id etiam de infantibus accipi possit.

§. LXIX.

Concilium Vercellense.

Lanfr. c. 4. Synodus Vercellensis, ut præstitutum fuerat, mense Septembri eodem anno millesimo quinquagesimo, Leone Pontifice præidente, Episcopis ex diversis Provinciis confluentibus, celebrata. Berengarius vocatus non venit. Sed adfuit Lanfrancus, a tempore Concilii Romani huc usque a Papa detentus. In Vercellensi Joannis Scoti liber de Eucharistia lectus est, damnatus & flammis (*) traditus, sententia Berengarii exposita ac damnata. Duo Clerici, qui se Legatos ejus dixerunt, cum vellent eum defendere,

(*) Istud in Epistola Lanfranci, ut in Act. Conc. refertur, non lego.

dere, in primo statim aditu defecerunt, & custodiæ dati sunt. In eodem Concilio Papa a Ministerio Sacerdotali suspendit Hunfredum Archiepiscopum Ravennatem, quod cum Ecclesia Romana iurgaretur. Dominico autem Patriarchæ Gradenſi Pallium concessit & Privilegium, quo præcipere posset, Crucem, cum procederet, præferri. Datisque ad Episcopos Venetorum & Istriæ literis, Dominico tanquam Primati suo obedire eos iussit.

Concilio Vercellensi soluto Leo Papa superatis alpibus Tullum venit, ubi Monasterio vulgo Sancti *Mansui* Privilegium vigesima secunda Octobris anno millesimo quinquagesimo contulit. Et Reliquias S. Gerardi Episcopi Tullensis, quem in Concilio Romano canonizaverat, solemnî Ritu transtulit. Tum in Lotharingia & Germania usque ad mensem Februarium anni sequentis moratus est.

§. LXX.

Epistolæ ad Berengarium datæ.

In Francia nihil magis hominum sermonibus ferebatur quam Berengarii Hæresis, quæ occulte propagabatur, probis omnibus malum horrentibus. Quo comperto Henricus Rex, Episcopis & Optimatibus Regni sui suadentibus, indicto

Hist. Eccles. Tom. XIV.

Cc

ad

Sæculum XI.
A.C. 1050.*Herm. Cont.*

1050.

*Dandul. ap.**Baron. ann.*

1050.

Ital. Sæc. to.

5. p. 1189.

vit. lib. II.

c. 6.

Durand.

Sæculum XI. ad decimam sextam Octobris Parisiis
A.C. 1050. Concilio, Berengario per nuncios præci-
 pit, ut veniret. Interim Berengarius ad
 Ascelinum, Monachum Beccensem, qui
 Colloquio Briotnensi interfuerat episto-
 lam dedit in hunc sensum:

Longe aliter vobis scribendum fuerat,
Ap. Lanfr. si mihi libere scribendi potestatem vis Di-
p. 24. to. 9. vina fecisset; quod cum non fecerit, sal-
Conc. pag. tem utcunque scribendum putavi. Igitur
 1056.

ad vos divertens animo constitueram, cum
quibuscunque de Eucharistia nihil loqui,
priusquam secundum præceptum Evangelii
& Apostoli Episcopis, ad quos contende-
bam, satisfacissem. Inde factum est, ut
nihil pæne vobis opposuerim, nihil conce-
serim in Colloquio illo, ad quod quam in-
digne tu conveneris, ut omittam ceteros,
si rem consideres, non latebit. Hic de
Collatione Briotnensi sermo est. Tum
prosequitur: Inde etiam est, quod ad Sa-
crilegam Guilielmi propositionem, omnem
hominem ad mensam Dominicam debere
in Paschate accedere, tacuerim. Hic Gui-
lielmus erat alius Beccensis Monachus,
postea Abbas Cormeliensis. Tum iterum
 Berengarius:

Ut ergo ad rem veniam, audiui nunc
jaçtitare Guilielmum, quod negare nequi-
verim, Joannem Scotum esse Hæreticum.
Quod falsum esse testis mihi es, si satis me-
minististi verborum meorum; quamvis tu
 quo-

quoque Joannem Scotum Hæreticum ha- Sæculum XI.
 beas. Deum precor, ne te diutius igno- A.C. 1050.
 rare sinat, quam temeraria, quam impia,
 quam Sacerdotio tuo indigna sit hæc Sen-
 tentia. Sapis enim contra omnes natu-
 ra rationes, Doctrinam Evangelii &
 Apostoli, si cum Paschasio sapis, in eo quod
 solus sibi confingit, Sacramento Dominici
 Corporis panis substantiam omnino dece-
 dere. (*) Verba autem mea de Joanne
 hæc fuerunt; me non omnia pervidisse,
 quæ scripsit, quod etiamnum verum est,
 quæ vero vidissem ad eam doctrinam per-
 tinentia, recitare me posse ex Scriptis il-
 lorum, quos dixeram, habendos etiam esse
 Hæreticos in epistola ad Lanfrancum, si
 Joannes Hæreticus esset. Nempe S. Am-
 brosius, S. Hieronymum, & S. Augusti-
 num. (**)

Tum prosequitur: De cetero dicebam,
 siquid in Joanne viderem non satis deli-
 matum,

(*) Insanit hic Berengarius cum omnibus suis
 Sæclatoribus. Nam Præsentia realis Corporis
 Jesu Christi in Sacramento Divinæ Majestati,
 Charitati, Omnipotentia, verbis Doctrinæque
 Evangelii & Apostoli maxime congruit. Dum
 sententia Protestantium his omnibus opponi-
 tur.

(**) Si Sanctorum istorum Patrum dicta le-
 gantur, nullibi impudentius quam hic mentitus
 fuisse Berengarius convincitur.

Sæculum XI. matum, facile me improbatum esse. Hæc
A.C. 1050. dicens, vera loquebar, & in illo transitu

Negatur
 Præsentia
 Realis.

longiorem discussionem declinabam ob cau-
sam superius dictam. Duo tantum pro-
tulit ille, sicut nosti, vir optimus (nem-
pe Guilielmus) quæ a me affirmari ad eum
pervenerant; convincere ipsa verba in con-
secrationem panis instituta, non decedere
Sacramento panis materiam, & Virgam
Episcopalem non esse animarum curam.
 Horum primum ego, sicut meminisse potes,
 affirmavi, estque ita planum, ut id demon-
 strare possit etiam puerulus in schola con-
 stitutus, si modo utcunque constructionem
 verborum capiat. Quod pertinet ad se-
 cundum; econtra dixi & adhuc affirmo,
 Virgam Episcopalem esse animarum cu-
 ram. Nunc vero, quod coram Episcopis
 dicere constitueram, vellem, si tuto lice-
 ret, saltem coram te, quibuscunque au-
 dientibus, profiteri. Sed quam diu non
 possum, obsecro per nomen Domini, ne fal-
 sum testem te facias, & dicas, quod Jo-
 annem illum damnaverim, moneoque ut ca-
 veas ab illo VÆ Evangelico, quod contra
 Luc. 11. 52. illos profertur, qui tenentes clavem scien-
 tiæ ipsi non introeunt, & introeuntes in-
 troire non sinunt. Item a comminatione
 Is. 30. 10. Prophetæ contra illos, qui dicunt viden-
 tibus, nolite videre. Sicut ad me dixit
 Arnulphus vester coram vobis, ut permit-
 terem vos, sicut instituti essetis, sentire;
 Quam

Quamquam totus in eo sim, ne quis trans-
grediatur terminos Patrum, Evangelistæ,
Apostoli, Ambrosii, Augustini, Hierony-
mi. Quod ita se habere, si mihi tecum
colloquendi copia fiat, quantum de ingenii
tui perspicacitate præsumo, luce clarius
pervidebis. Scripsi tibi hæc, ut potui, inte-
rim opportunitatem tibi colloquendi a Do-
mino expectans. Vale. Hucusque Be-
rengarii epistola. Credunt vero, Epi-
scopos, quorum in ea mentionem facit,
illos esse, qui in Synodo Parisiensi con-
venturi erant.

Sæculum XI.
A.C. 1050.

Ascelinus respondit in hunc modum :
Literas tuas nuper lætus suscepi, sperans
festinum nobis tuæ correctionis significari
gaudium. Sed iis perlectis lætitia mea
versa est in mœrorem. O Deus! ubi est
bodie illa ingenii tui vis, illa subtilitas,
illa prudentia, qua præditus eras? cum
etiam illa, nisi dissimulas, quæ in Collatio-
ne nostra dicta sunt, oblitus sis, illam sen-
tentiam Guilielmi dico; omnem hominem
tempore Paschali debere ad mensam Domi-
nicam accedere. Testes enim sumus, ipsum
nihil aliud affirmasse, quam omnem Chri-
stianum debere in Paschate de mensa Do-
minica communicare, nisi pro aliquo cri-
mine a se admissio a tam salubri convivio
separetur. Quod ex præcepto Confessarii
sui fiat, ne potestas clavium inutilis redda-
tur.

Ascelini Epi-
stola ad Be-
rengarium.

Sæculum XI.
A.C. 1050.

tur. () Sed ut ad me redeam, affirmavi, quod quamdiu vixero, certum & indubitatum tenebo, panem scilicet & vinum in Altari virtute Spiritus Sancti per Sacerdotis Ministerium, verum Corpus, verumque Sanguinem Christi effici. (**)* Joannem vero Scotum non temere, nec impie iudico, quem totis viribus contendere video, ut mihi persuadeat, hoc quod in Altari consecratur, neque vere Corpus, neque vere Christi Sanguinem esse. (***) Et post pauca: *Objecisti nobis, te Libellum illius non-*

(*) In Doctrina Protestantium inutilis est potestas clavium, a Jesu Christo Apostolis tradita Joan. 19. cum non confiteantur.

(**) In ipsa epistola sua Ascelinus addidit: *Quod Scriptura attestante, satis evidenter probatur, si non sinistra interpretatione temeretur.* Act. Conc. ex Edit. P. Hard. ad confundendos Protestantes nihil efficacius!

(***) Hic iterum Ascelinus addidit; Hoc autem adstruere nititur ex SS. Patrum Opusculis quæ prave exponit. Quorum illam S. Gregorii Orationem hic annotari sufficiat. *Perficient in nobis tua, Domine, quæsumus, Sacramenta quod continent, ut quæ nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus.* Quam exponendo prædictus Joannes, inter cetera Fidei nostræ contraria, *specie, inquit, geruntur ista, non veritate.* Quod non Catholice dictum, si bene tuam perspicacitatem novi, non ignoras. Act. Conc. Tom. VI, P. I. Edit. P. Harduini.

nondum ad finem usque perlegisse. Unde Sæculum XI.
A.C. 1050.
satis mirari nequeo, te, tantæ scilicet prudentiæ virum, tantopere laudare, quod, quia non legisti, ignoras. Ceterum cum Paschasio aliisque Catholicis credo, verum Corpus verumque Sanguinem Christi a Fidelibus in Altari sumi. Sed neque in eo, ut dicis, contra Naturam pugno. Nam mihi hic Natura nihil aliud est, quam Dei voluntas, quæ omnipotens est. ()* Dicit deinde Ascelinus se a sententia Joannis Scoti discedere ideo fuisse coactum, quod ipsum cuidam Orationi S. Gregorii sensum perversum affingere deprehendisset. Berengario exprobrat, quod aliud sentiat, quam Ecclesia Universalis, & asserit, Arnulphum Cantorem jure merito ad ipsum dixisse: *Sine nos credere, quod edocti fuimus. Volebat scilicet, ait, te admonere, ne aberrares ab illa via recta & trita, quam nobis ostenderunt Magistri & Doctores nostri sanctissimi, sapientissimi, & Catholici.* In fine hortatur, ut Librum illum abjiciat, damnatum in Concilio Vercellensi, quod Concilium plenum dicit, atque ad Traditionem Ecclesiæ Catholicæ redeat.

Cc 4

Theo-

(*) Testimonium & Argumentum in ipsis S. Scripturæ verbis fundatum Protestantibus indissolubile!

Sæculum XI.

A.C. 1050.

tom. 9. Conc.

p. 1061. to. 4.

Analect. pag.

396.

Theoduinus quoque seu Deodwinus Episcopus Leodiensis comperto, quod Parisiis in causa Berengarii Concilium esset celebrandum, ad Henricum Regem Franciæ dedit epistolam hujus ferme sensus: *Fama supremos Galliæ fines prætergressa totam Germaniam pervasit, quod Bruno Episcopus Andegavensis, & Berengarius Clericus Turonensis antiquas Hæreses modernis temporibus introducendo affirmant, Corpus Domini non tam Corpus esse, quam umbram & figuram Corporis Domini, quod etiam legitima conjugia destruant, & quantum in ipsis est, Baptismum parvulorum evertant. Porro ajunt, vos, pro zelo vestro, quo Ecclesiam defenditis, ad eos publice confutandos, & illustrissimum Regnum vestrum ab hoc opprobrio liberandum, Concilium convocasse. Sed non speramus, id fieri posse, cum Bruno Episcopus sit, Episcopum autem sine Auctoritate Apostolica damnari non oporteat. Igitur omnes Ecclesiæ Matris filii in maximo dolore positi sumus; nam timeamus, ne si miserrimi & perditissimi viri in Concilio, in quo puniri non possunt, audiantur, novissima pejora prioribus eveniant.*

Itaque Majestatem tuam supplices rogamus, ne impios & Sacrilegos in conspectum admittat, donec eos condemnandi potestatem a Romana Sede acceperit.

ceperit. Quamquam hujusmodi homi- Sæculum XI.
 nes ne quidem audiri expediat, sed po- A.C. 1050.
 tius de eorum supplicio exquirendum sit. Theoduini
 Tunc quippe Hæretici audiendi fuerunt, Epistola ad
 quando ejusmodi quæstiones necdum Regem.
 plene discussæ erant. Nunc vero tum
 in SS. Patrum Conciliis, tum venerabi-
 lium Doctorum clarissimis sententiis
 omnia ita liquent, ut nullus dubitandi
 locus supersit. Hic Theoduinus com-
 plures SS. Patrum sententias contra Be-
 rengarii errorem inserit, & ita conclu-
 dit: *Quamobrem Brunonem & Berenga-*
rium dudum anathematizatos arbitramur.
Quod si ita est, vobis cum vestris nostris-
que Episcopis, cum Imperatore amico ve-
stro & cum ipso Papa deliberandum cense-
mus, quam vindictam in eos statui oport-
teat.

Sub idem tempus scripta putatur ad
 Berengarium epistola ab Adelmanno tunc
 Ecclesiæ Leodiensis Scholastico postea
 Episcopo Brixienfi. Cujus initium est:
Fratrem meum collactaneum te nominare
non dubito, memor dulcissimæ societatis,
in qua tempus juventutis nostræ in schola
Carnutensi, sub Socrate nostro (Fulberto
Episcopo) tu minor & ego aliquantulum
major transegimus. Deinde Adelman-
 nus Berengario in memoriam reducit
 colloquia illa & monita, quibus S. Epi-
 scopus ambos privatim sub crepusculum

Cc 5

in

Sæculum XI. in hortulo prope Sacellum instituebat,
A.C.1050. tam tenero affectu, ut sæpe lacrymæ vo-
 cem impedirent, hortatus; viam tritam
 semper tenerent, Patrum vestigiis soli-
 cite insisterent, & ab iis nunquam defe-
 cterent. Subjungit: *Custodiat te Domi-
 nus, Sancte frater mi, ne in vias pravas
 abeas, & faxit, ut falsitas famæ, quæ in plu-
 rimis locis atque etiam in Germania, ubi
 jam diu peregrinus dego, labem nomini tuo
 aspergit, omnibus pateat.*

*Ab unitate Ecclesiæ recessisse diceris
 affirmando, illud quod quotidie super Al-
 tare ubique terrarum immolatur, non esse
 verum corpus & verum Sanguinem Jesu
 Christi, sed tantum figuram & similitudi-
 nem. Cum hæc de te ante biennium audivis-
 sem, constitueram tibi scribere & rei veri-
 tatem a te ipso percipere. Sed sciens ami-
 cum tuum Paulinum, Primicerium Meten-
 sem, tibi propiorem habitare, eum rogavi
 ut scriberet, promisitque, sed facere ne-
 glexit. Jam vero aliam scribendi occa-
 sionem Deo dante nactus sum. Obtestor
 te itaque per Dei misericordiam & caris-
 simi Fulberti memoriam! ne turbes pacem
 Ecclesiæ Catholicæ, pro qua tot millia
 Martyrum Doctorumque decertarunt, &
 fortiter defenderunt, omnibus Hæreticis
 obmutescere coactis. Tandem Adelman-
 nus communem Fidelium Fidem de Ev-
 charistia ex verbis S. Scripturæ demon-
 strat,*

strat, ostenditque, semper Jesum Chri- Sæculum XI.
 stum esse, qui consecrat, sicut etiam JE- A.C. 1050.
 sum Christum, qui baptizat.

§. LXXI.

Concilium Parisiense.

Concilium Parisiense præstituta die de- *Durand.*
 cima sexta Octobris anno millesimo *Troarn.*
 quinquagesimo celebratum. Adfuerunt
 magno numero Episcopi, Clerici, Nobi-
 les Laici, Rege ipso præsentē. At Beren-
 garius, etsi mandata accepisset, quibus
 venire jubebatur, non paruit, sed apud
 Episcopum suum Brunonem, quem suis
 erroribus infecerat, mansit. Nihilomi-
 nus Issembertus Episcopus Aurelianensis
 epistolam admodum prolixam publice
 producens ait: *Jubete, obsecro, ut lega-*
tur hæc Berengarii epistola, non equidem
mibi scripta, sed a me intercepta, cum eam
per nuncium cuidam amicorum suorum no-
mine Paulo mitteret. Hic non alius quam
 Paulinus Primicerius Metensis fuisse cre-
 ditur. Ergo lecta est hæc epistola in-
 gentique omnium expectatione excepta.
 Verum cum indignationem plerique pre-
 mēre non valerent, sæpius auditorum
 fremitu turbatus est lector priusquam ad
 finem pervenisset. Nec mora Berenga-
 rius cum Sectatoribus suis una voce da-
 mnatus, atque etiam Joannis Scoti liber,
 ex quo nefandi errores hausti fuerant.

Tum

Sæculum XI.
A.C. 1050.

Tum a toto Concilio declaratum, nisi Berengarius & Sectatores ejus pestilentem Doctrinam retractarent, fore, ut universus Francorum exercitus, viris Ecclesiasticis ante primos ordines procedentibus, eos persequeretur, ubicunque delitescerent, & obsiderent, usque dum in obsequium fidei intellectum submitterent, vel perfidiæ pœnas morte darent. Hujusmodi Decretum Concilii Parisiensis fuit.

Cum Rex Franciæ munus quoque Abbatis ad S. Martinum Turone gereret, jussit Henricus, Berengarium illa pensione, quam tanquam Canonicus illius Ecclesiæ percipiebat, privari. Quare Berengarius data ad quemdam Abbatem, nomine Richardum, Regi familiarem, epistola conquestus est. In ea rogabat Richardum; Regem moneret & hortaretur, ut sibi hoc damnum sine justa causa illatum aliunde sua munificentia resarciret. Postea paratum se esse dicebat ad demonstrandum coram Rege vel quocunque alio, ut Regi placeret, contra fas in Concilio Vercellensi Joannem Scotum fuisse damnatum, & laudatum Paschasium. Subjungebat: *Regem meminisse oportet, Joannem Scotum rogatum a Magno Carolo, ipsius Antecessore, Principe Religionis amantissimo scripsisse.* Nam ne error hominum rudium & Scripturas igno-

to. 2. *Spicil.*
p. 510. to. 9.
C. p. 1062.

ignorantium illa ætate prævaleret, viro ^{Sæculum XI.}
doctissimo hunc laborem injunxit, quo ^{A C. 1050.}
ex Scripturis meliora edocerentur. Hic
ei de Carolo Calvo sermo est.

§. LXXII.

Lanfranci Exordia.

Lanfrancus illustrissimus ille Berengarii ^{vit. Sæc. 6.}
Adversarius natione Italus, Ticini ^{Ben. part. 2.}
ex Familia Senatoria natus, patrem ha- ^{p. 635.}
buit illorum ex ordine, qui Conservato ^{Boll. 28.}
res Legum civitatis dicebantur. Quo ^{Maj. to. 17.}
adhuc puer orbatus, cum ei ab amicis ^{p. 834.}
Dignitas defuncti Parentis destinaretur,
relicto Ticino in aliis urbibus literarum
studiis vacavit. Multo in iis consumpto
tempore rediit humanioribus scientiis
instructissimus. Exinde vero patriæ ite-
rum valedicens superatis alpibus, Henri-
ci Regis & Guilielmi Normanniæ Ducis
temporibus in Franciam venit. Socium
secuti sunt non nulli Palladis alumni, fa-
ma præcipui, & ipse Abrincis moratus
aliquamdiu collectos aliquot Discipulos
docuit. Mox vero perpendens, quam
vanum esset & inutile hominum laudes
captare, statuit ejusmodi vitæ Institu-
tum amplecti, quo soli Deo placeret, cu-
piens etiam hominum doctorum fre-
quentiam devitare, ne quis esset, qui
eum singulari honore afficeret.

Inter

Sæculum XI.

A.C. 1050.

Inter hæc, quadam die Rotomagum pergens, appetente jam nocte, per Silvam ultra Rifelam amnem incidit in latrones, qui cunctis quæ habebat raptis, ligatis a tergo manibus, mitella ante oculos admota, de via abductum inter condensa saltus fruteta abjecerunt. In his angustiis deprehensus, nescius ipse sui, cum fortuna iurgabatur. Tandem vero nocturno silentio sibi ipsi redditus, Laudes Deo persolvere cupiebat, & non poterat, quia Psalmos nunquam didicerat. Tum conversus ad Dominum, o *Deus meus*, ait, *tantum temporis discendo consumpsi, corpus & animum in studiis literarum attrivi, & tamen quomodo tibi laudis officia persolvere debeam non didici. Libera me ab hoc periculo. Exinde te auxiliante vitam meam ita instituiam, ut tibi servire sciam & valeam.*

Surgente aurora audivit homines iter carpentes, & vociferando ab eis auxilium petiit. Illi primo expavescere, dehinc vocem miseri hominis agnoscentes, sonum sequentes quis esset, & quid vellet, intellexerunt. Ergo vincula solvunt, & liberum in viam reducunt. Lanfrancus deinde Servatores suos rogavit, ut monasterium in tota illa provincia pauperum sibi indicarent. Illi responderunt, vilius, & in quo res angustæ magis, nullum scimus, quam istud, quod in vici-

vicinia hic ædificat quidam homo Dei. Sæculum XI.
A.C. 1050.
Tum viam ei ostendentes, discedunt.

Hoc Monasterium erat Beccum, quod ante annos septem venerabilis Herluinus extruere cœperat. Forte Lanfranco gressus illuc movente bonus Abbas extruendæ fornaci intentus suis manibus operabatur. Cui Lanfrancus: *Deus te salvum faciat!* & Abbas: *Deus tibi benedicat! esne de gente Longobardorum?* Nempe dicentis lingua a genio Normanniæ divertens prodebat esse exterum. Respondit Lanfrancus: *omnino sum.* Herluinis: *quid vis?* Lanfrancus: *Monachus, ait, fieri volo.* Tunc Abbas præcepit cuidam monacho nomine Rogerio, qui etiam opus suum faciebat, ut illi ostenderet Librum Regulæ. Lanfrancus Reg. c. 58. ea perlecta dixit, se Deo adjuvante omnia servaturum. Quod audiens Abbas, & sciens, quis esset & unde, concessit ei, quod petebat. Ille procidens in faciem osculatus est pedes Abbatis, cujus humilitatem & gravitatem vehementer mirabatur.

§. LXXIII.

Herluinus Abbas Beccensis.

Helluinus, seu, ut tunc eloquebantur, vit. Sæc. 6.
Herluinus, ex primis stirpibus in Ben. par. 2.
Normannia natus erat. Pater ejus Ans- p. 343.
gotus a Danis, qui Normanniam primi
obti-

Sæculum XI. obtinueret, originem ducebat. Mater
A.C. 1050. Duces Flandriæ consanguinitate attinge-
 bat. Puerum Herluinum Gislebertus
 Brionensis Comes, Richardi primi, Ducis
 nepos penes se enutrivit, nec ei quis-
 quam alius inter omnes Curia suæ Pri-
 mates acceptior fuit, utpote quo nemo
 cultu corporis armorumque studio in Nor-
 mannia præstantior. Nec egregiæ juve-
 nis dotes Robertum Ducem exterarum-
 que provinciarum Principes latebant.
 Jamque vitæ jucundissimæ annos plus
 quam triginta septem consumpserat, cum
 mundum fastidire, & animæ suæ Salutem
 cogitare cœpit. Sæpius Ecclesiam adi-
 bat, ubi inter copiosas lacrymas orabat,
 & non nunquam pernoctabat. Non tam
 frequens ac olim viscebatur in aula Comi-
 tis Brionensis, non amplius armis, non
 vestium splendore delectabatur, rerum
 omnium extra se cura ultima erat. Sæ-
 pe tota die jejunabat, & ad convivium
 a Comite vocatus nullo nisi pane & aqua
 reficiebatur. Tandem etiam equo uti
 respuit, & iter faciens asello insidebat.
 Ridere plerique, & dicere, virum antea
 egregium in amentiam prolapsus. Sed
 ille in Sancto proposito firmus tres annos
 amicorum jocos aliorumque cavillatio-
 nes sustinuit.

Aulam tamen necdum deserebat, cu-
 piens prædia, quæ sub Dominio Comitæ
 dire-

Sæculum XI.
A.C. 1050

directo possidebat, sibi donari, ut ea Deo consecraret. Præterea adhucdum hærebatur animo, quodnam vitæ genus potissimum amplecteretur, & quem tanti operis ducem sequeretur. Quippe illa tempestate Normannia viris destituta erat, qui cupientes in via Salutis dirigerent. Presbyteri, ipsique Episcopi publice uxores habentes arma ut Laici tractabant, omnesque veterum Danorum moribus vivebant. Tandem arcanum consilium in quoddam monasterium se recipiendi Duci aperuit & pro obsequiis hucusque Principi præstitis obtinuit, ut de suis totiusque familiæ prædiis pro lubitu decernere sibi liceret. Nec mora, monasterii fundamenta ponit in fundo suo, qui Burnevilla dicebatur; nec satis ei est, operas regere, sed etiam manibus suis laborat, terram fodiens, lapides, arenam, calcem comportans, & parietem componens, horisque, quibus alii aberant, quæ ad opus exigebantur, congerens. Quotidie jejunabat, non ante solis occasum, expleto illius diei opere, cibum sumens. Volvebatur tunc annus reparatæ Salutis millesimus trigessimus quartus, quo Herluinus annum ætatis suæ quadragesimum numerans literas legere nesciebat more omnium Nobilium illius ævi, qui eas spernebant. Ergo quadragenarius Psalterium discere cœpit, cui

*Chro. Becc.**Hist. Eccles. Tom. XIV. D d labo-*

Sæculum XI. labori totam ferme noctem impendebat,
A.C. 1050. ne operis diurni quidquam omittere co-
 geretur. Et exinde tantam Scriptura-
 rum scientiam acquisivit, quam etiam
 eruditi merito mirabantur.

Qualis monachorum vita esse debe-
 ret exploraturus, Herluinus quoddam
 Monasterium adiit. Postquam orasset,
 ad ostium claustrī reverentissime tan-
 quam ad portam Paradisi accessit. Sed
 videns monachos, a professionis suæ mo-
 destia alienos, turbatus est, hærens, quod
 vitæ Institutum sibi eligendum esset. Ad
 hæc, qui portæ custos erat, ubi intra li-
 mina stantem vidit, furem suspicatus, in
 ejus collum & capillos, quanta vi pote-
 rat, involavit, atque extra januam proje-
 cit. Herluinus vero patientissimus nec
 ullo verbo injuriam ultus est. In Nata-
 li Domini ad aliud majoris nominis se
 contulit monasterium, ubi conspexit mo-
 nachos in publica supplicatione proce-
 dentes Laicis arridere, more Sæcularium
 obvios salutare, monasterii divitias osten-
 tare, & in introitu ostiorum contentioso
 tumultu aditum occupare tanta feroci-
 tate, ut aliquis insistentem sibi nimium
 Fratrem, pugno impactō repulsum, in
 terram supinis dentibus prostraverit.
 Tam manifesta nempe supererant barba-
 ræ Gentis vestigia. Verumtamen nocte
 sequenti non nihil solatii cepit. Nam
 cum

cum in Ecclesiæ angulo remansisset ad Sæculum XI.
orandum, vidit aliquem ex iis monachis, A.C. 1050.
qui quemdam adesse ne quidem suspica-
tus, prope ipsum substitit, & tota nocte
usque dum illucesceret, nunc prostratus
toto corpore, nunc genibus nixus servi-
de oravit.

Itaque cum aliorum mores sibi non
probarentur, ad suum, quod ædificabat,
Monasterium reversus, Ecclesiam conse-
crari curavit ab Heriberto Episcopo Le-
xoviensi, qui etiam Herluino Habitum
Monasticum tribuit. Eundem elapso
triennio, cum aliquot Discipulos adsci-
visset, Presbyterum & Abbatem ordina-
vit. Laboris manuum Herluinus aman-
tissimus semper fuit. Peraçto in Eccle-
sia Officio vidisses Abbatem collo semen-
tem, manu rastrum vel sarculum gestan-
tem in agros præire Monachos omnes.
Alii campum excisis spinis & sentibus
purgabant, alii fimum scapulis compor-
tabant, alii spargebant. Ad agendum
Officium vero omnes unaquaque hora
competente in Ecclesia conveniebant.
Viçtus quotidianus panis siligineus & her-
bæ cum sale & aqua, quæ erat lutulen-
ta, nam alia in illo loco non reperieba-
tur. Simili servituti se ibi propter Deum
addixit nobilis Herluini mater. Hæc
Dei Servorum vestimenta abluebat, &
famulæ fungebatur officio.

Orderic. l. 5.
Herluinus
Presbyter &
Abbas.

D d 2

Haud

Sæculum XI.

A.C. 1050.

Haud multo post tempore Herluinus relicta Burnevilla Tabernaculum in locum commodiorem, qui Beccum a rivulo ibi præterlabente dicebatur, transtulit. Ibi paucos intra annos constructa Ecclesia & ceteris ædificiis ad vitam Regularem requisitis, cum ob curam rei domesticæ sæpe externis negotiis vacare cogeretur, & viro opus haberet, qui domum monachos in officio contineret, maxime angebatur, cum anno 1041. Deus ei misisset Lanfrancum, eo quo suo loco retulimus modo. Tunc vero credidit Herluinus, preces suas a Cœlo omnino fuisse receptas. Tenerrimus erat & mutuum amborum amor. Abbas humilem animum admirabatur sapientissimi viri, qui sibi in omnibus, quæ innuebat, promptissime obsequebatur. Lanfrancus quoque hujus Laici conversi & nuper ad Sacerdotium promoti eximiam Scientiam spirituales stupebat, & confitebatur, quod Spiritus ubi vult spiret. Ceterum Herluinus rebus extra monasterium gerendis maxime idoneus ædificia, & annonam curabat, quin tamen ideo in interiori domo, seu in spiritu Religioso turbaretur. Legum & morum patriæ scientissimus, quæ sua erant fortiter defendebat, & aliorum jurgia componebat.

Lanfrancus annos tres in Cellæ suæ solitudine transgens vitæ monasticæ officia,

vit. Lanfr.
n. 3.

Joan. 3. 8.

cia, quod voto edito, cum a grassatoribus captus fuisset, promiserat, didicit. Ra-
ro loquebatur, vix omnibus in illa ipsa Congregatione satis notus. Postea vero fama ejus secessus clarescente, cum plurimi, quantus vir in aula fuerit, non ignorarent, Monasterium Beccense & ipse Herluinus Abbas celebrari cœpit. Convolabant Clerici, Optimates mittebant illuc filios suos instituendos, Magistri scholarum celeberrimarum ad eum audiendum veniebant, multi ut tanti viri virtutes præmiarentur, Monasterio Bona temporalia conferebant. Ipse tamen Præpositis suis humillimum se exhibebat, cumque quadam die in Refectorio Fratribus prælegens vocabulum, quod scite pronunciaverat, emendare jussus fuisset, ut obedientiæ satisfaceret, corruptum reddidit. Quin discessum cogitabat, quia monachos Beccenses experiebatur indociles & rusticos; namque non nulli meritis ejus invidentes, ne ipsum Præpositum habere cogerentur, pertimescebant. Ergo vitam Anachoreticam amplecti animo constituerat. Sed Herluinus Abbas hac de re cœlitus edoctus eum tenerrimo affectu obtestatus est, ne se & monasterium ope sua privaret. Lanfrancus videns detectum esse consilium, quod occultum crediderat, veniam ab Abbate petiit, promisitque, nunquam se

Sæculum XI.
A.C. 1050.

Dd 3

disces-

Sæculum XI. discessurum, & quæcunque sibi præcipe-
A.C. 1050. rentur, obedientissimum futurum. Ex-
 inde nihil amplius felicissimæ concordie
 vincula dirupit.

§. LXXIV.

Ecclesia Hispaniæ.

Sup. lib.
LVIII.
 31.

In Hispania Alphonso V. anno 1028. fa-
 tis functo successit filius Veremun-
 dus III. & Regnum non plus duobus an-
 nis tenuit; nam juvenis & improlis de-
 cedens, Regnum Legionense Ferdinan-
 do I. Sororis suæ Marito reliquit, qui
 Sanctii Magni, Regis Navarrae filius, cum
 etiam Comitatu Castiliæ potiretur, ab ea
 provincia nomen accepit, & Castiliæ Re-
 gum primus habetur. Anno millesimo
 trigesimo octavo Regnum auspicatus il-
 lud annis viginti novem tenuit, eique si-
 cut & parenti ejus cognomentum Magni
 posteritas dedit. Is Concilium Coya-
 cense in Diœcesi Ovetana anno 1050.
 Æra 1088. celebrari curavit, cui inter-
 to. 9. p. 1063. fuere Episcopi novem, scilicet, Ovetanus
 Legionensis, Palentinus, Vifocensis,
 Calaguritanus, Pampelonensis, Lucensis,
 Iriensis seu Compostellensis. Abbates
 quoque, & totius Regni Optimates.
 Huic Concilio Sanctia Regina cum Con-
 juge suo præponitur, quia videlicet ipsa
 Regni Legionensis Hæres erat.

Cano-

Canones tredecim conditi sunt, in ^{Sæculum XI.}
 quibus etiam aliqua de rebus Sæcularibus A.C. 1051.
 decernuntur. Erat quippe Conventus
 mixtus. Statuitur, ut Episcopi & Cleri-
 ci in suis Ecclesiis resideant. Arma non ^{c. 7. 8. 10.}
 tractent. Vestes eorum Religiosam mo- ^{Ec.}
 destiam deceant. Cum mulieribus non
 habitent. In calicibus ligneis aut testa-
 ceis non sacrificent. Unde Regionum
 illarum paupertatem dispicimus. Archi-
 diaconi & Presbyteri ad pœnitentiam
 vocent adulteros, homicidas, incestos,
 omnes peccatores, & si refractarii sint,
 eos ab Ecclesia & Communione separent.
 Omnes Christiani Dominicam Sanctifi-
 cent, die Sabbati ad vespervas in Eccle-
 siam se conferant, & in Dominica Missæ
 & omnibus Horis intersint. Fideles
 cum Judæis in una domo non versentur,
 nec cum eis cibum sumant. In Sabbato
 omnes jejurent. Omnes Monachi &
 Sanctimoniales Regulam S. Benedicti se-
 quantur, & Episcopis subjecti sint.

§. LXXV.

Leonis IX. Dictum.

Anno sequente millesimo quinquagesi- ^{Herm. cont.}
 mo primo ineunte Leo IX. Papa, ad- ^{1051.}
 hac in Germania versatus, Festum Puri-
 ficationis Augustæ Vindelicorum cum
 Henrico Imperatore, magnoque Episco-
 porum & Optimatum numero celebra-

D d 4 vit.

Sæculum XI. vit. Adfuit quoque Archiepiscopus Ra-
 A.C. 1051. vennas, ab Imperatore venire jussus, qui
 postquam omnia de Ecclesia Romana oc-
 cupata restituisset, absolutionem ab ex-
 communicatione contra ipsum in Conci-
 lio Vercellensi anno superiore lata petiit.
 Igitur Papa, Archiepiscopo ad ejus pedes
 prostrato, omnibusque Episcopis præsenti-
 bus pro eo intercedentibus, dixit: *Det
 ei Deus absolutionem omnium peccatorum
 suorum, sicut dispositus est.* Tum Archi-
 episcopo risu illusorio de terra surgente
 iterum Pontifex lachrymis labentibus
 voce demissa ad circumstantes: *heu mi-
 serum! vir mortis est.* Archiepiscopus
 vix Ravennam pervenit, cum subito fa-
 to extinctus est, quod ei propinatum ve-
 nenum accelerasse ferebatur.

Exinde Papa Romam reversus, Con-
 cilio post Festa Paschalia convocato, Gre-
 gorium Episcopum Vercellensem, quod
 viduam Avunculo suo fœdere sponsali-
 tio promissam adulterio vitiaffet, excom-
 municavit. Hæc Censura quidem in ab-
 sentem & inscium Episcopum lata fuit;
 sed cum deinde Romam venisset impe-
 rata facturum, muneri suo restitutus est.
 Ad hoc Concilium plerique referunt Leo-
 nis Papæ Decretum, quo mulieres, quæ
 intra muros Urbis corpus Presbyteris
 prostituissent, Palatio Lateranensi ancil-
 læ

Herman.
Petr. Dam.
opusc. 18.
c. 7.

læ addicerentur. Istud postea ad alias quoque Ecclesias extensum.

Sæculum XI.
A.C. 1051.

Leo Papa Basilicæ S. Petri Romæ decimas Oblationum, quæ Altari inferebantur, donavit, easque sartis tectis, decori, & luminari ejusdem Ecclesiæ impendi jussit. Unde facile est conjicere, quam largam manu Fideles sua Deo obtulerint.

tom. 9. Conc.
p. 985.

Item Leo data epistola ad Clericos & populum Oximanum directa perversam quorundam locorum consuetudinem damnavit, ubi mortuo Episcopo populus armatus domum intrabat, suppellectilem diripiebat prædia igni succendebat, vineas & arbores succidebat. Dicit in illa epistola Pontifex: Etiam si vero Episcopus in vita sua cuiquam intulisset injuriam, quid JESUS CHRISTUS peccavit, cujus custodiæ Ecclesia vacans commissa est? an ob peccata Episcopi substantia pauperum pessumdanda? Itaque tam foedum Sacrilegium cum comminatione anathematis prohibet. Petrus Damiani aliquot abhinc annis ad Papam Clementem II. querelas detulerat, quod crimina Episcopi Oximani relinquerentur impunita. Hinc verisimile omnino est, post fata scelerati viri Leonem IX. memoratam Epistolam scripsisse. Ceterum sub idem tempus Romæ agens Pontifex sibi ipsi Successorem in Sede Tullensi elegit Udonem Primicerium, jam prius Officio Bibliotheca-

ep. 10.

Petr. Dam.
I. ep. 3. vit.
II. c. 8.

D d 5

rii

Sæculum XI. rii & Cancellarii Ecclesiæ Romanæ or

A.C. 1051.

natum, quem ob pietatem singularem & eximias animi dotes diligebat, ut filium. Misit Leo nuncium ad Cæsarem, qui ejus consensum peteret; Udo vero Sedem Tullensem usque ad annum millesimum septuagesimum tenuit.

§. LXXVI.

Scriptum Petri Damiani contra Clericos impudicos.

Petr. Dam. opus. VII.

Ad istud tempus, videlicet primos Regiminis annos Leonis Papæ IX. Scriptum Petri Damiani, de Clericis peccatis, quæ omnes Boni abominantur, inquinatis, ad ipsum Pontificem pro obtinenda ejus sententia directum, referendum esse censeo. In eo dicit: *Sunt nonnulli Clerici pœnitentiam quamcunque rigidam suscipere parati, sed Gradum suum, quem in Ecclesia obtinent, perdere nolunt. Forte aliqui Episcopi plus justo indulgentes illos solum Depositione dignos putant, qui in ultimæ infamiæ abyssum prolapsi sunt. Nobis vero quicumque impudicitia consuetudine ligati ab Ordinum susceptione arcendi, aut si in iis sint, dejiciendi videntur. Objiciunt necessitatem viros denique, quales inveniri possent, ad Ministerium Ecclesiæ admovendos esse. Sed eodem argumento extorquebunt, indignissimos ad primos gradus esse evehendos. Quis vero*

vero neget, huiusmodi Clericos in sensum *Sæculum XI.*
 reprobum datos esse, qui admissis flagitiis *A.C. 1051.*
 erubescendis Ministerio Ecclesiastico ulte-
 rius vacare præsumunt. Apostolus dignos *c. 5.*
 morte iudicat non solum eos, qui talia *Rom. 1. 30.*
 agunt, sed etiam, qui consensu facienti-
 bus. Nunc vero de Gentilibus hic loqui-
 tur. Quid autem dicturum fuisse pute-
 mus, si horrendum nefas non in Ecclesia
 modo, sed etiam in Clericis deprehendisset?
 Rem eheu abominandam! patres spiritua- *c. 6.*
 les proprios filios vitiant, & rei consiten- *c. 7.*
 tur complicibus, qui nec pænitentiam com-
 petentem injungunt, nec lapsis, surgere
 volentibus, adjutricem manum porrigunt.
 Sequuntur falsas regulas, quæ inter Cano- *c. 10.*
 nes genuinos insertæ occurrunt, & qua-
 rum non nullas hic afferam, ut ostendam,
 ceteras omnes, ubicunque reperiantur, apo-
 cryphas esse & spurias. Huiusmodi illa
 est: Si Presbyter, non monachus puellam
 compresserit, duobus annis pænitentiam
 agat, & ter redeunte tempore Quadrage-
 simali in pane & aqua Feria secunda, quar-
 ta, sexta & Sabbato jejundet. Si Monia-
 lem violaverit, & stupri consuetudinem
 contraxerit, quinque annorum erit pæni-
 tentia. Simplex Clericus, qui scortatus
 fuerit, sex mensium pænitentiam subeat,
 similiter & Canonicus, si autem frequen-
 ter admodum libidinatus fuerit, duobus
 annis pænitentia protrahatur.

Auctor

Sæculum XI.

A.C. 1051.

c. 11.

Auctor quædam alia exempla falsorum Canonum, in quibus nefandis flagitiis leves pœnitentiæ injunguntur, adducit, & subjungit: *Quisquis in scientia Canonum vel mediocriter versatus est, non ignorat, Presbytero in fornicationem lapsa præscriptam esse pœnitentiam decem annorum, ut de legibus hac graviores injungentibus nihil dicam, Laico autem trium annorum. Unde si Canones hos spurios sequimur, in quibus sex mensium pœnitentia Clericis injungitur, mitius peccantes Clerici quam Laici habebuntur.*

c. 12.

Sed quis denique hos Canones procudit? constat enim, omnes Canones authenticos vel a Conciliis, vel a Pontificibus fuisse promulgatos, nec a privato homine condiposse. () Si quis vero in auctorem istorum*

(*) Ohne Zweifel sind, neben der heiligen Schrift, mit dem Römischen Pabste als ihrem Oberhaupte vereinigte so wohl allgemeine als Provinzial-Kirchenversammlungen, deren die Heiligen Apostel selbst das Beispiel hinterlassen, A.ctor. I. 15. und 15. 6. die Quellen des Kirchenrechtes in allen Zeiten gewesen. Allein der Herr Christian von Windheim liefert uns ein Neues vom sel. Herrn Mosheim, und saget in der Einleitung pag. 3. da er pag. 4. gestehet: Vor der Reformation galt bloß das Canonische Recht der Pabste. Was darinnen nicht ausgemacht war, das bestimmte der Pabst durch seine Bullen. Es fehlt noch

rum inquirat, in diversis exemplaribus ^{Saeculum XI.}
 diversa leguntur. Aliqui eorum Aucto- ^{A.C. 1051.}
 rem Theodosium faciunt, alii ex Pœniten-
 tiali Libro Romano excerptos dicunt, alii
 Canones Apostolorum vocant. Uno ver-
 bo ignoti erant istorum Canonum Au-
 ctiores. Conjectura est, hic nomine ^{Sup. l. XL.}
 Theodosii Archiepiscopum Cantuarien- ^{§. 46.}
 sem accipi debere, cui præter genuinos,
 quos condiderat, etiam alii Canones pœ-
 nitentiales falsi tribuebantur.

Petrus Damiani postea refert Cano-
 nes Concilii Ancyрани, qui ad delenda ^{c. 13.}
 peccata, de quibus in hoc Tractatu agi-
 tur, etiam Laicis pœnitentias viginti ^{Sup. lib. X.}
 quinque annorum injungunt. Adducit ^{§. 16. Conc.}
 S. Ba- ^{Ancy. c. 16.}

noch viel an einem rechten System dieses
 (Protestantischen) Rechtes. Allein wir kom-
 men doch immer näher zur Sache, so daß sich
 bald ein dauerhaftes und gegründetes Kir-
 chenrecht hoffen läßt.

Ist das nicht lächerlich? Christus hat vor mehr
 als tausend sieben hundert Jahren eine Kirche und
 ein Kirchenrecht gestiftet, der Herr Windheim be-
 kennt, daß vor der sogenannten Reformation nur
 das Canonische Recht der Päbste in der ganzen
 Christlichen Welt etwas galt. Und nichts desto
 weniger hoffet er allererst im Jahr 1760. bald ein
 dauerhaftes und gegründetes Protestantisches all-
 gemeines Kirchen-Recht.

Herr Windheim! es ist zu spät.

Sæculum XI. S. Basilii auctoritatem de peccatis, h
 A C. 1051. multum levioribus, & Siricii Papæ, de

c. 15.

clarantis, omnem Laicum, pœnitentiam
 publicam subire coactum, Clericali Or-
 dine esse indignum. In conclusione Pa-

c. 16.

pam rogat, ut postquam Canonum Li-
 bros, virosque doctos & pios consului-
 set, Sententiam proferat. Papa dato Re-

Leo Ep. 17. sponso, & Opere Petri multum dilauda-
 to, fatetur, secundum rigorem Canonum
 omnes quatuor peccatorum, quæ nota-
 set, gradus Depositione & exclusionem ab
 omnibus Ordinibus dignos esse. Ni-
 hilominus, ut indulgentiæ locum daret,
 Depositionis sententiam solum in Cleri-
 cos maxime reos pronunciavit. Hinc
 fas est credere, majorem fuisse multitu-
 dinem delinquentium, quam ut omnes
 secundum Canonum rigorem puniri
 oporteret.

Cum Leo Papa quibusdam Petrum
Lib. I. ep. 4. Damiani calumniantibus faciles aures
 præbuisset, scripsit ille epistolam humili-
 tatis & virilis constantiæ notis insignem,
 rogans Pontificem, ne se sine examine
 damnaret, & dicens, se eum solummodo
 in finem gratiam ipsius cupere, ut illa
 sibi ad Salutem animæ conducere.

§. LXXVII.

Liber, Gratissimus.

Anno millesimo quinquagesimo secundo, in

in Quadragesima, cum Henricus Imperator Archiepiscopatum Ravennatensem Henrico contulisset, misit ei Petrus Damiani Tractatum, cujus istud erat exordium: *Nibil optius occurrit, quod tibi officium Episcopale suscipienti offerrem, quam liber meus, quem de Sacerdotio composui. Nullatenus ignorare te existimo, quam acriter tribus abhinc annis in tribus Conciliis Romanis de illis Clericis disputatum fuerit, quos Ordinatores Simoniaci (*) gratis deinde ordinarunt, & quam pertinaciter hodieque in nostris partibus litigetur, usque adeo ut aliqui Episcoporum Clericos a Simoniacis ordinatorum iterum ordinaverint. Quare plerique Fratrum nostrorum vehementer instant, ut quid de hac re sentiam edicam, quod facere hucusque recusavi, sperans me hanc licentiam a Papa accepturum; quippe apud nos transiturus ferebatur. Cum vero nunc in memoriam revocassem, Pontificem in ultimo Concilio omnes Episcopos rogasse, ut ad decidendam gravissimam in Disciplina Ecclesiastica Quaestionem intellectum suum a Deo illustrari peterent, credidi, me ejus mandatis obtemperare, si hanc difficultatem resolvere conarer.*

Tum ad rem ipsam progrediens Petrus ostendit; quod cum Jesus Christus omnium

Saeculum XI.
A.C. 1052.

Herm. Chro.

1052.

Opusc. VI.

c. 1. 2.

c. 3.

(*) Nempe ipsi ab initio Simoniaci ordinati.

Sæculum XI. omnium Gratiarum, quibus in Ecclesia
A.C. 1052. Fideles replentur, fons & origo sit, etiam

ipse omnia sua Sacramenta per Ministros
 suos conferat, &, sicut ipse solus bapti-
 zat, etiam solus ordinet. Unde seque-
 retur, non magis licere quemquam se-
 cundo ordinare, quam baptizare, quod
 valor Sacramenti a virtute ministri non

e. 9. 10. &c. dependeat. Hinc etiam omnes Ordina-
 tiones factas a Liberio Papa, viro Hæ-
 retico & seditioso, validas fuisse habitas,
 quamvis post Apostasiam adhuc annis sex
 c. 16.
Sup. l. XIII. superstes fuisset. Pari ratione, quamvis
 §. 46. Vigiliū Papam scelera & impietas in-
 signem effecissent, nulli tamen Successo-
 rum ipsius in mentem venisse, ejus Acta

Sup. lib.
XXXII.
 §. 57.

c. 18.

esse rescindenda. Memorat deinde Au-
 ctor exempla quorundam Peccatorum
 publicorum sui ævi, qui miracula edidisse
 ferebantur, videlicet Raimbaldi Episco-
 pi Fesulani, Simoniaci, & concubinam
 habentis, Marini Presbyteri, qui concu-
 binam alebat, & duorum aliorum Pres-
 byterorum, non nominatorum, qui mo-
 re Sæcularium vixerant. Econtra affert
 complura exempla Virorum Sanctorum,
 qui, licet a Simoniacis fuissent ordinati,
 Sanctum Sacrificium tota vita sua obtu-
 lissent, scilicet Ronaldi Camertinensis,
 Amici Ramibonensis, Guidonis Pompo-
 fiani, Firmani & complurium aliorum,
super quorum corpora, ait, auctoritate
 Con-

*Concilii Altaria erecta sunt, ubi miracula patrantur. Ubertus Episcopus Ariminen-
 sis hanc Sedem Episcopalem libris non-* Sæculum XI.
A.C. 1052.
*gentis, ære Ticinensi, coemit, & nihilominus ipse Beatum Arduinum Presbyterum
 ordinavit, per quem Deus tot patrat miracula, & qui Sanctum Sacrificium usque
 ad finem vitæ suæ obtulit.*

Ostendit postea, quam absurda ex
 opinione contraria sequerentur, nimirum
 abhinc uno plus Sæculo Christianam Ec-
 clesiam in Italia evanuisse, & tantum inane
 Religionis nomen remansisse. (*)
 Oportere populos, relictis Episcopis pro-
 priis, aliis se subdicere, qui valide ordina-
 ti essent, sicque totum Hierarchiæ ordi-
 nem

(*) Dieses ist auch wahr von allen Protestan-
 tischen Gemeinen, weil sie die rechtmäßige Folge
 der Bischöfe aufgehoben. Herr Fleury in seinem
 Buch: Sitten der Christen pag. 627. nach der
 Deutschen Uebersetzung 1754. sagt: Die Pro-
 testanten haben unter dem Vorwand aber-
 glaubische Dinge auszurotten, ein plummes
 Christenthum eingeführet, in welchem nie-
 mand die Evangelischen Râthe haltet, und bey
 welchem die Gebot selbst eben nicht besser als
 bey denenjenigen beobachtet werden, von de-
 nen sie sich abgesondert haben.

Hist. Eccles. Tom. XIV.

Ee

Sæculum XI. nem eversum iri. Hortatur Episcopos,
 A.C. 1052. ut hunc errorem excindant, suadeantque
 Pontifici, ne reos innoxiosque eadem
 c. 34. poena involvat. Refert, quæ Leo Papa
 c. 35. in hac causa jam prius præceperat, &
 Henricum Imperatorem laudat, quod sua
 auctoritate ad Simoniam exterminan-
 dam usus fuisset. Ceterum hoc Petri
 c. 36. Damiani Opus dictum est Liber *gratissi-
 mus*, quod nempe illis, quorum Ordina-
 tio in dubium vocabatur, esset acceptis-
 simus.

§. LXXVIII.

Ecclesia Franciæ.

tom. 9. Conc. In Francia Jordano Episcopo Lemovi-
 p. 1068. censi defuncto cum complures Cleri-
 ci, virique nobiles Guilielmum Ducem
 Aquitaniæ adiissent rogantes, ut ipsis
 Episcopum daret, Is totius Aquitaniæ
 Proceribus, Clericis, & Ecclesiæ Vacan-
 tis Vassallis ad consilium adhibitis matu-
 re deliberavit; tumque electus est Icte-
 rius consentiente Duce, Ademaro Vice-
 comite, omnibus Clericis populoque
 quarta Januarii anno millesimo quinqu-
 gesimo secundo, ex quo Henricus Rex
 imperaret vigesimo secundo. Ordina-
 tus est vero ab Episcopis præsentibus Ai-
 mone Archiepiscopo Bituricensi, Renco-
 ne Episcopo Claromontano, Gerardo Pe-
 troco-

trocoricensi, consentientibus Episcopis Rutenensi, Albigeni, & Cadurcensi. Notandum, quod in his Actis Rex solummodo ibi, ubi dies apponitur, nominetur.

Sæculum XI.
A. C. 1052.

Eodem anno Pontifex & Rex Franciæ fundatam Abbatiam Casæ Dei in Arvernica datis literis confirmarunt. Fundator erat Robertus, in illa regione natus, filius cujusdam Geraldii, qui ex Familia S. Geraldii Auriliacensis ortus credebatur. Robertus juvenis inter Canonicos Brivatenses S. Juliani educatus, cum in via virtutis strenue progredetur, omnibus Ordinibus atque etiam Presbyteratu insignitus est. Magno zelo conversionem peccatorum quærebat, atque ut pauperes suis opibus adjuvaret, Hospitium prope Brivatam fundavit. Exinde solitudinis amore tractus abiit, Cluniacum petiturus; sed in via deprehensus, invitatus reducitur, quem scilicet cuncti, præsertim pauperes diligebant. Ipse vero propositum in desertum cum duobus tribusve sociis fugiendi & ædificandi monasterium non dimisit.

vit. Sæc. 6.
Ben. par. 2.
p. 188.
Sup. l. LIV.
§. 22.

Cuidam viro nobili, nomine Stephano, gravium scelerum reo, vere poenitenti, & consilium a Roberto expetenti, suavit ille, ut mundum relinqueret, se

E e 2

ipsum

Sæculum XI. ipsum fugæ socium offerens. Hortatus
A.C. 1052. etiam ut tertium comitem quæreretur, &
 exiguam in deserto aliquo Ecclesiam, ubi
 de labore manuum suarum & oleribus
 obviis vitam sustentarent. Quin & Sa-
 cellum, quod sibi exoptabat, sub Parochi
 cura esse cupiebat, ne rei novitas cui-
 quam conquerendi locum daret. Cum
 que alius etiam ex illius regionis Opti-
 matibus, nomine Dalmatius, pio fœde-
 re se ipsis junxisset, & Robertus utrum-
 que in proposito constantem cognovisset,
 sedem sibi delegerunt apud Eccle-
 siam desertam, quam Stephanus aliquan-
 do Anicium Velaunorum iter faciens
 notaverat, & unacum vicina eremo a
 duobus Canonicis Aniciensibus, in quo-
 rum ditioe sita erat, facile obtinue-
 runt. Ærumnæ plurimæ novis hospiti-
 bus in illis initiis tolerandæ fuere, tum
 ob loci sterilitatem, tum ob inhumani-
 tatem accolarum, eis insaniam expro-
 brantium, quod nihil habentes huc ve-
 nissent, ubi etiam comportata annona
 famem satis depellere non potuissent.

Robertus duos hos Discipulos ad per-
 severantiam excitabat, & illis manibus
 suis operantibus ipse orationi & lectioni
 vacabat, ut haberet, unde doctrinam
 spirituales suggereret. Tandem impro-
 bo

bo labore & patientia plana facta sunt ^{Sæculum XI.}
omnia, vicinorum hominum ingenia ^{A.C. 1052.}
mansuefacta, multique tam ex Clericis,
quam ex Nobilibus ipsis juncti. Nempe
miracula, quibus Robertus clarescebat,
magnam ei Discipulorum multitudinem
conciliabant. Sed ipse hæc omnia
SS. Martyrum Vitalis & Agricolæ meritis,
quos Patronos ea Ecclesia venerabatur, ^{Monasterium Casa Dei.}
tribuebat. Tandem maximus numerus
tyronum sub ipsius Disciplina vivere
& proficere cupientium invitum
compulit, ut fundos & pecuniam sibi
ad construendum monasterium oblatam
acciperet. Cœpit igitur in eodem loco
ædificare Cænobium usus consilio
Renconis Episcopi Claromontani, in
cujus Diœcesi situs erat ille locus.
Ceterum Robertus noster Mundo
valedixit anno Salutis reparatæ
millesimo quadragesimo tertio,
& tribus ferme post annis novum
monasterium condere cœpit, quod
anno millesimo quinquagesimo secundo
perfectum. Id enim discimus ex Bulla
Leonis IX. Papæ secunda die Maji data,
ex literis patentibus Henrici Regis
Franciæ, vigesima Septembris datis,
quibus complures Episcopi & Magnates,
nempe Aymo Archiepiscopus Bituricensis,
Arnoldus Turonensis, Agobertus Episcopus
Aurelianensis, Helmuinus Augustodunensis,
<sup>Mabill. ob-
serv. ad vit.
n. 8. Append.
ad Lup.
Ferr. edit.
Balu. p. 524.</sup>

Ee 3 nensis,

Sæculum XI.

A.C. 1052.

nenfis, Menardus Archiepiscopus Seno-
 nensis, Enzelinus Episcopus Parisiensis,
 Guido Cabillonensis ad Ararim, subscri-
 pserunt. Præcipui ex Optimatibus le-
 guntur Odo Regis Frater, Robertus Dux
 Burgundiæ, alter Regis Frater, Guiliel-
 mus Dux Aquitaniæ, Guilielmus Dux
 Normanniæ. Jam illo tempore hæc Ab-
 batia, Casa Dei, appellabatur, cujus Ab-
 bas primus Robertus noster ad trecentos
 rexit Monachos. Ecclesias ferme quin-
 quaginta jam diu collapsas erexit, & Ca-
 sa Dei exinde Caput integri Ordinis seu
 copiosæ Congregationis multorum Mo-
 nasteriorum sub Regula S. Benedicti mi-
 litantium evasit, unde complures viri il-
 lustrissimi prodire. Obiit Robertus an-
 no millesimo sexagesimo septimo decima
 septima Aprilis, & Sanctorum numero ad-
 scriptus colitur.

§. LXXIX.

*Halinardi Archiepiscopi Lugdunensis
 extrema.*

vit. Halin.

n. 8. Sæc. 6.

Ben. part. 2.

p. 39.

Halinardus Archiepiscopus Lugdunen-
 sis a latere Leonis IX., ex quo is S.
 Petri Cathedræ impositus fuerat, vix un-
 quam discesserat, nam cum ceteris Gal-
 liæ Episcopis ad Concilium Romanum,
 quod Leo anno millesimo quadragesimo
 pono, Pontificatus sui primo, celebra-
 vit,

vit, vocatus, Pontificem deinde ad celebrandum Concilium Remense eodem anno, iterumque ad alterum Concilium Romanum, secutus est, quo soluto cum eodem in Franciam rediit. Apud Lingones commorans ejusdem Civitatis Episcopum Harduinum in locum Hugonis in Concilio Remensi depositi præsente Papa ordinavit. Anno sequente Romam reversus Papam Beneventum, Capuam, ad montes Cassinum & Garganum proficiscentem comitatus est; nam cum Halinardus admirabili quadam eloquentiæ vi præditus esset, & quibusvis, quod constituisset, facile persuaderet, Papa ad agendum cum Normannis de foederibus pacis ejus opera utebatur.

Sup.

Ex eo itinere redux Papa, ad Imperatorem, in finibus Hungariæ degentem, profectionem suscepturus, Halinardo præcepit, ut Romæ usque ad reditum suum remaneret. Tunc vero Hugo, senior, Episcopus Lingonensis, qui Familiam Halinardi Archiepiscopi sequebatur, Papam rogavit, ut sibi pœnitentiam injungeret ad obtinendam peccatorum suorum absolutionem, cumque Pontifex sincere contritum cerneret, ait, in pœnitentiam ea sufficere quæ pertulisset, & statim absolvit. Quin & discedentem

Ee 4

dentem

Sæculum XI. dentem muneribus cumulavit, & ad Ec-
A. C. 1052. clesiam suam redeundi licentiam dedit,
 sed ille in via constitutus mortem oppetiit. Cum ergo Halinardus Romæ Hugoni ceterisque in Franciam propediem iter ingressuris convivium adornasset, piscis veneno imbutus mensæ illatus est. Quicunque aliquam de eo partem comederant, eos vel intra octiduum, vel post lentum morbum devorata pestis consumpsit. Ex eadem Halinardus Archiepiscopus obiit vigesima nona Julii anno millesimo quinquagesimo secundo, postquam Sedem Lugdunensem annis septem tenuisset, Nobilium Romanorum cura ad S. Paulum honorifice sepultus. Vestes pretiosas & vasa argentea Ecclesiæ S. Benigni Divione, cui annis viginti Abbas præfuerat, multosque libros legavit. Nam, scientiarum Cultor, Geometriæ præcipue & Physicæ vacaverat. Defuncto in Archiepiscopatu Lugdunensi Philippus hujus nominis primus successit.

Alb. Chron.
an. 1051.

§. LXXX.

Papa in Germania.

vit. ibid. Itaque hoc anno 1052. Leo IX. Papa iter in Germaniam tertio suscepit, ut Imperatorem & Andream Hungariæ Regem

gem a belli funesti consiliis revocaret. Sæculum XI.
A.C. 1052.
Nam, Andrea consuetum tributum, quod ejus Antecessores Imperatori solvebant, dare recusante, Pontifex, missis pluribus Nunciis, Hungaros hortatus fuerat, ne istud pristinae subjectionis pignus pendere detrectarent. Promiserant illi submissuros se, si modo præteritæ culpæ venia eis daretur; quam ut ab Imperatore impetraret, Papa longi itineris molestias subierat. Sed alia quoque causa urgebat; nimirum ut ab Imperatore auxilium peteret contra Normannos Italianam, præsertim Ecclesias, vastantes. Ubi Papa in Germaniam pervenit, Imperatorem ad concedendam Hungaris pacem pronum habuit, sed eam Andreas, qui Papam ut veniret rogaverat, respuit. Unde Papa iusta indignatione commotus pertinaci fulmen excommunicationis comminatus, cum Imperatore in Germaniam, nam ambo usque in Hungariam processerant, rediit, ubi reliquum illius anni tempus exegit.

Summo Pontifici Ratisbonæ commoranti Monachi S. Emmerami Reliquias exhibuerunt, quas S. Dionysii Areopagitæ, primi Parisiorum Episcopi, esse, easque ab Arnulpho Imperatore sibi donatas affirmabant. Quin etiam Bulla

E c 5 extat,

Sæculum XI. extat, Leonis IX. nomen præferens, ad
 A.C. 1052. Regem Franciæ ejusque subditos dire-
 ctâ, in qua legitur, quod ejusdem Regis
 Legatis præsentibus & petentibus hæ
 Reliquiæ examini fuissent subjectæ, &
 argumentis idoneis probatum, eas S.
 Dionysii esse. Ut vero de illa conjectu-
 ra nihil dicamus, quod nunquam antea
 Scriptorum aliquis hujus Translationis
 Ratisbonensis meminerit, hæc Bulla se-
 ptima Octob. anno 1052. data ab erudi-
 tis supposititia creditur. Præterea alibi
 legimus; nona Junii anno sequente Odo-
 nem Henrici Regis Franciæ fratrem, Re-
 ge jubente, ad Monasterium S. Dionysii
 cum compluribus Aulæ proceribus se
 contulisse ad recognoscendas S. Dionysii
 Reliquias, quas Dagobertus cum Reli-
 quiis duorum ejus Sociorum in duabus
 arcis argenteis, mira arte clausis, post
 Altare in profundo specu deponi jusse-
 rat, atque huic Inspectioni Archiepiscopos
 duos Guidonem Remensem, & Rober-
 tum Cantuariensem, Episcopos quinque,
 quorum præcipuus Imbertus Parisiensis
 fuisset, Abbates sex & complures Opti-
 mates interfuisse.

Cum Papa & Imperator in Festo Na-
 talis Domini anno millesimo quinquage-
 simo secundo Wormatiæ diversarentur,
 ille

Duchesn. to.
4. p. 157.

tom. 9. Conc.
pag. 989. &
1071.
V. Mabill.
Sæc. 5. Ben.
p. 113.
S. Dionysii
Areopagitæ
Reliquiæ.

Herm. Chr.

ille in ipso Festo Missæ Solemnia pere-
git, & altera die Liupoldum Archiepisco-
pum Moguntinum, quia illa Ecclesia in
ejus Provincia existerat, Missam cele-
brare iussit. Nam S. Bardoni anno su-
periore millesimo quinquagesimo primo,
decima Junii, postquam plus annis vi-
ginti sedisset, fatis functo Liupoldus Ec-
clesiæ Bambergensis Præpositus succe-
serat. Cum igitur officium Missæ Wor-
matia Liupoldus inchoasset, recitata pri-
ma Oratione, aliquis ex ejus Diaconis
Lectionem cantavit, nam mos quarum-
dam Ecclesiarum in Festis Solemnibus
ferebat, ut plures Lectiones recitaren-
tur. Quia vero hæc consuetudo Ritui
Romano adversabatur, quidam Romani
Papam circumstantes eum incitarunt, ut
misso nuncio Diaconum tacere juberet.
Ille, juvenis audaculus, obedire noluit,
& licet Papa secundum misisset manda-
tum, nihilominus suam Lectionem elata
voce profecutus est. Tum a Papa ac-
cerditus illico Clericali gradu dejicitur.
Mittit Archiepiscopus Moguntinus, qui
Diaconum suum reposceret, & Papa re-
nuente tunc quidem Archiepiscopus ac-
quievit. Sed perlecto Evangelio & Of-
fertorio, cum Sacrificium inchoari opor-
teret, Archiepiscopus in sua Cathedra
confedit reclamans, nec se nec alium
quem-

Sæculum XI.
A.C. 1052.*vid. Mabill.*
Sæc. 6. par.

2. p. 3.

Chro. Saxo.
Abb. Ursp.

Sæculum XI. quemquam hoc Sacrificium persolutum, nisi Diaconus suus sibi restituere-
A.C. 1052. tur. Cessit Papa, & Diaconum vestibus
 Ordinis sui indutum ei remisit. Ita Archiepiscopus reliqua Solemnia peregit.
In hoc casu, inquit hujus narrationis auctor, considerata est constantia Archiepiscopi, qua suam Dignitatem tutatus est, & humilitas Summi Pontificis, agnoscantis, Metropolitæ in sua provincia aliquid dandum esse.

Illo etiam anno Papa & Imperatore Wormatiæ commorantibus, ille iterum instare cœpit, sicut antea sæpius, ut Abbatia Fuldensis aliique fundi & monasteria in Germania Ecclesiæ Romanæ restituerentur. Tandem vero ambobus placuit permutatio, atque hæc in Germania posita retinuit Imperator, alia autem ultra Alpes sita, & etiam pro Ecclesia Bambergensi Beneventanam, Pontifici concessit.

Præterea conquerenti Papæ, quod Normanni in Italia grassantes patrimonia S. Petri armis occupassent, Imperator turmas dedit, quibus bellum gereret. Tunc vero multi Germanorum spe prædæ illecti, multique sceleribus infames & e patria proscripti, Leonem Papam secuti sunt, quos ille, quia eorum

rum opera in hoc bello erat necessaria, Sæculum XI.
A.C. 1053.
benigne suscepit.

§. LXXXI.

Concilia in Italia.

In Italiam rediens Papa Augustæ Vin-
delicorum Festum Purificationis an- vit. II. c. 8.
no millesimo quinquagesimo tertio, &
Dominicam Quinquagesimæ Mantuæ ce-
lebravit. In illa civitate Concilium ha-
biturus, turbatur a quibusdam Episco-
pis, Viri Sancti severitatem formidanti-
bus. Hi enim domesticos suos armatos
in Pontificios, periculi ut credebant se-
curos, ante fores Ecclesiæ, in qua Episco-
pi sedebant, stantes immiserunt. Sur-
git Papa de sede sua, atque ad januam
procedit sui reverentia ingentem tumul-
tum compositurus. Sed aggressores nul-
lam Summi Pontificis rationem habent,
inermes persequuntur, & ab Ecclesiæ ja-
nua, quo confugere contendebant, ab-
strahunt. Tela & saxa circa Papæ ca-
put volant, pluresque ejus pallium tan-
quam Sacrum asylum complexi fœde
vulnerantur. Tandem ut seditio remit-
teret, solvendum fuit Concilium, & al-
tera die cum in auctores cladis inqui-
rendum fuisset, & rei severe puniendi,
Papa omnibus ignovit, ne vindictæ cu-
piditate agi videretur.

Inde

Sæculum XI. Inde S. Leo IX. Romam in Quadrage-
A.C. 1053. sima pervenit, & post Pascha Synodum,
 sicut aliis annis adsueverat, convocavit,
 de qua nihil aliud ad nos transmissum,
 quam Epistola ad Episcopos Venetorum
 & Istriae data Dominico Patriarchæ Gra-
 densi, alio nomine Aquilejæ novæ, fa-
 Leon. ep. 2. vens; nam in ea statuitur, ut illa civitas
 duarum illarum provinciarum Metropo-
 lis habeatur secundum priora Pontificum
 privilegia, & Episcopus Forojuliensis se-
 cundum Constitutiones Gregorii II. &
 Gregori III. intra Longobardiæ fines
 Sup. lib. XLII. §. 7. continueatur. Ita vetus illa disceptatio
 finita.

§. LXXXII.

Papa a Normannis captus.

Herm. Chr. Concilio dimisso Papa cum exercitu in
 Normannos movit. Illi pacem ro-
 gant, spondent se Vasallos Papæ futuros,
 & fidem juraturos pro possessione illa-
 rum terrarum, quas Ecclesiæ ademissent.
 Sed Papa rejectis conditionibus vult, ut
 quæ armis occupassent simpliciter red-
 derent, indeque recederent. Norman-
 ni copiis, quas Papa ducebat, numero
 longe superiores, hanc conditionem tan-
 quam impossibilem respuunt, dicentes,
 armis se defensuros Regionem quam ar-
 mis subegissent, atque in ea, si vincere
 non

non possent, saltem fortiter morituros. Sæculum XI.
 Itaque decima octava Junii ad pugnam A.C. 1053.
 ventum est. Germani in primis ordinibus dimicantes in Normannos ferociter irruunt, depellunt & pæne profligant. Sed mutata subito belli alea. Quippe cum postrema Normannorum agmina in milites Pontificis inveherentur, vecordes Itali fugam arripiunt, solique Germani viriliter se tuentes magnam partem cæduntur. Ita Normanni insignem victoriam licet multi sanguinis impendio reportarunt, *sive id ideo evenerit*, inquit Hermannus illius ævi Scriptor, *quod Papam magis decuisset armis Spiritualibus, quam ferro pro Bonis bujus mundi decertare, sive quod Dux esset multorum impiorum, qui vel scelerum suorum impunitatem sperabant, vel avaritiam satiare cupiebant, sive quod justus Deus ob causam sibi soli cognitam peccata nostra punire voluerit.*

Papam in vicino oppido prælii exitum expectantem obsident Normanni, viribus imparem capiunt, atque ad ipsos absolvendos a Censura excommunicationis cogunt. Ceterum eundem Beneventum inter maximi honoris signa deductum majore illius anni parte, nempe a die vigesima tertia Junii anno 1053. usque

*Chr. Cass.
l. II. c. 87.*

Sæculum XI. usque ad duodecimam Martii anno 1054.
A.C. 1053. custodierunt. Ille funera in eo pro-

lio occisorum paterne curavit, iussitque
 ea in quadam Ecclesia collapsa, haud
 procul posita, sepeliri. Qua deinde
 restaurata ipsi Normanni Monasterium ibi
 condiderunt. Beneventi commorans

vit. c. 12. Papa asperrimam vitam ducebat. In
 terra panno strata cubabat, cilicio car-
 ni admoto vestitus. Saxum suppositum
 pro cervicali erat. Arctissimum illi erat
 somni tempus, & singulis noctibus Psal-
 terium inter innumeras genuflexiones
 recitabat. Præterea Psalterium iterum
 de die, Missam, & plurimas alias preces
 persolvebat. Eleemosynas quibusvis pe-
 tentibus pæne immensas largie-
 batur.



DIS-